DE P. OVIDIO NASONE VOCABULORUM INVENTORE.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUA
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
REGIA UNIVERSITATE
EBERHARDINA CAROLINA TUBINGENSI
RITE CAPESSIVIT
AUCTOR

AEMILIUS LINSE
GOTHANUS.

LIPSIAE
APUD GUSTAVUM FOCK.
MDCCCLXXXXI.

MEMORIAE

IOACHIMI MARQUARDTI

PIE COLENDAE

SACRUM.

Πεποιημένον δ' ἐστὶν ὃ ὅλως μὴ καλούμενον ὑπό τινων αὐτὸς τίθεται ὁ ποιητής.

Aristot. περὶ ποιητ. 21, 9 (Sus.).

Post egregias virorum doctorum curas in sermonem remque metricam poëtarum epicorum elegiacorumque cum Graecorum tum Romanorum collatas [1]) id iam pro certo stabilitoque haberi licet, structurae metricae rationem si spectas, illorum poëmata, ut Luciani Muelleri, summi nimirum huius generis quaestionum iudicis, verbis utar, cum excellant proprietate, varietate, venustate, libertate, interdum etiam levitate, horum carmina praestare cura,

---

[1]) I. R. Koene: Ueb. die Sprache der röm. Epiker, Monasterii 1840. — Cf. Bernhardy: Grundriss der röm. Litt., 4° (1865), p. 21 sqq.; Baehr: Gesch. der röm. Litt., 4° (1868), p. 341 sqq. — Teuffel: Gesch. der röm. Litt., 5° (1890), p. 32 sqq.

Luc. Mueller: De re metrica poëtarum latinorum etc., Lipsiae 1861.

M. W. Drobisch: Ein statistischer Versuch üb. die Formen des lat. Hexameters, i. Ber. d. kgl. sächs. Ges. d. W. 1866, p. 75 sqq.; 1868, p. 16 sqq., 138 sqq. — Idem: Ueb. die Classification der Formen des Distichon, ibid. 1871, p. 1 sqq.; ibid. 1872, p. 1 sqq.

F. C. Hultgren: Observationes metricae in poëtas elegiacos Graecos et Latinos, Lipsiae 1871; 1872. — Idem: Die Technik der röm. Dichter im epischen und elegischen Versmass, in Fleckeiseni annal. tom. 107, 1873, p. 745 sqq.

Lorey: Die Schwierigkeiten der Anwendung des griech. Metrums auf die latein. Sprache, Hameln 1874.

E. Eichner: Bemerkungen üb. den metrischen und rythm. Bau in den Distichen des Catull, Tibull, Properz und Ovid, Gnesen 1875.

Th. Birt: Ad historiam hexametri latini symbola, Bonnae 1876.

H. Ploen: De copiae verborum differentiis inter varia poësis Romanae antiquioris genera intercedentibus, Argentorati 1882 (dissertt. philoll. Argentt. vol. VII., p. 233 sqq.).

W. Meyer: Zur Gesch. des griech. und lat. Hexameters, Monaci 1884 (Sitzungsber. d. kgl. bayr. Akad. d. Wiss., 1884, p. 1083 sqq.).

severitate, aequalitate, concinnitate ac nonnunquam etiam morositate[1]). Constat enim inter harum rerum peritos infinitam fere copiam vocum dactylicarum, quam poëtis Graecis suppeditabat ipsius sermonis natura atque indoles, causam fuisse, quare illi in condendis poëmatis hic illic non summa versarentur cum cura[2]), sed dactylicis versibus inserendis spondeis nimis interdum indulgerent, cum inopia atque egestas linguae Latinae vetustioris imprimis[3]) vocabulorum, quae satisfacerent metro dactylico atque anapaestico, poëtis Romanis incitamento fuerit, ut accurata legum metricarum observatione atque religioso quodam patrii sermonis studio damnum illud sarcirent atque efficerent, ut defectus ille auribus minus perciperetur[4]). Qua re factum est, ut poëtae Latini epici atque elegiaci inde ab Ennii, hexametri Latini parentis illius ingenio maximi, arte rudis[5]), usque ad poëtae Sulmonensis aetatem difficultatibus, quae iis vocum maximam partem spondiacarum ubertate in versibus pangendis subnascebantur, magis magisque superatis ad summum proveherentur venustatis atque elegantiae vestigium, ut ii, penes quos huius generis quaestionum est iudicium, haud dubitent, hoc in poëseos certamine palmam tribuere Romanis[6]). Quod ad perfectionis fastigium quibus usi artibus ascenderint illi, post Koenii atque Luciani Muelleri curas, quibus harum quaestionum prima eaque firmissima praemunita sunt fundamenta, nostra potissimum aetate accuratissime inquisitum est a Drobischio, Hultgrenio, Birtio, W. Meyero, aliis, quorum illi in versuum epicorum elegiacorumque investigaverunt quam dicunt

---

1) L. Mueller: l. l. p. 215 sqq. (idem: Rei metricae poëtt. rom. summarium, Petropoli 1877, p. 17; idem: Metrik der Griechen und Römer, Lipsiae 1885, p. 64.).

2) Idem: De re metr. e. qu. s., p. 202. — Hultgren: Obss. metr. I, p. 18, 36 sq.; II. 22. — Lorey: l. l. p. 35 sq. — A. Zingerle: Ovidius und sein Verhältniss zu den Vorgängern und gleichzeitigen römischen Dichtern, pars I, Oeniponti 1869; pars II et III, ib. 1871: I, p. 130 sqq.; II, p. 115 sqq.; III, p. 7—40.

3) Cf. T. Lucreti Cari: De rerum natura, ed. Lachmannus, Berolini 1850, lib. I, 139, 832; lib. III, 260.

O. Ribbeck: Gesch. d. röm. Dichtung, Stuttgart 1889, II, 339.

4) Cf. locos sub 2) laudatos; praeterea: Fr. Polle: Lexicon in Ovidii metamorphoses, ed. IV., Lipsiae 1885, p. 3 sq.

5) Ovid. tr. II, 424. — cf. am. I, 15, 19; art. III, 409.

6) L. Mueller: De re metr. etc. p. 134 ima.

Hultgren: Obss. metr. I, p. 37.

osteologiam[1]), id est singulorum pedum conformationem, hi in syndesmologiam[2]), i. e. in caesurarum quas vocant varietatem. Quos inter viros doctos Hultgrenius potissimum[3]) varia quoque subsidia artificiaque enucleare studuit, quibus ad augendum numerum vocum dactylicarum usi sint poëtae Latini. Quae inter — ut taceam de vocabulorum ad rationes metricas collocatione, de nominum vel imminutione vel amplificatione, syllabarum aut productione aut correptione, aliis — suo iure primarium locum tenere animadvertit vir ille doctissimus vocabula ab ipsis poëtis conficta primumque in linguam Latinam introducta[4]). Est nimirum hoc poëtarum, ut eas, quae animis eorum obversantur notiones imaginesve hic illic nominibus adhuc in sermone, quo utuntur, non exstantibus, sed ab ipsis inventis significent, quibus linguam colant, augeant, amplificent. Quam licentiam suo iure sibi adrogare cuiusvis aetatis poëtas luculentissimum habemus testem ipsum Horatium versibus illis nobilissimis in epistularum libro altero vv. 109—125 et in artis poëticae, quam vocant, vv. 47—59.

Reliquorum autem poëtarum Romanorum in sermonem cum iam prius inquisitum sit a viris doctis sat multis evictumque, quae qualiaque apud quemque occurrant vocobula novicia[5]), mirum

---

[1]) Drobisch: l. l. 1866, p. 138.

Hultgren: Obss. metr. I, p. 3 sqq.; Fleckeisen. annal. l. l. p. 746.

[2]) Birt: l. l. p. 6. — Meyer: l. l. p. 1008 sqq., 1024 sqq.

[3]) Hultgren: Fleckeiseni annal. l. l. p. 753 sqq.

[4]) Idem: Ibid. p. 749; saepius.

[5]) Liceat nobis hoc loco inserere conspectum librorum, quibus singulorum scriptorum, maxime poëtarum ante Ovidium qui erant, in genus dicendi, imprimis in vocabula novicia inquisiverunt viri docti — enumerabimus autem eos tantum libros, quos ipsi in usum vocavimus:

C. Besta: De verborum compositione Plautina, Vratislaviae 1876.

H. Rassow: De Plauti substantivis, Lipsiae 1881.

M. Kleinschmit: De Lucili saturarum scriptoris genere dicendi, Marburgi 1883.

R. Schubert: De Lucretiana verborum formatione, Halae 1865.

C. Wolff: De Lucretii vocabulis singularibus, Halae 1878.

H. Ploen: De copiae verborum differentiis e. q. s., Argentorati 1882.

H. Stuenkel: De Varroniana verborum formatione, Argentorati 1875.

A. Mueller: De priscis verborum formis Varronianis, Halae 1877.

Ladewig: De Vergilio verborum novatore, Neu-Strelitz 1870.

A. Rothmaler: De Horatio verborum inventore, Berolini 1862.

C. Zangemeister: De Horatii vocibus singularibus, Berolini 1862.

sane evenit, quod novissima demum aetate exstiterunt, qui quaenam incrementa ceperit sermo Latinus arte Ovidiana data opera pervestigare inceperint. Atqui praeter ceteros poëtam Sulmonensem esse vocabulorum novatorem uberrimum eundem felicissimeque audacem [1]) persuadebit sibi, quisquis vel obiter in lectitandis eius versatus erit carminibus. Qua in re cum plane me habeat assentientem Hultgrenius, facere non possum, quin appingam hoc loco verba eius huc spectantia. Postquam enim disseruit vir ille doctus de numero pedum dactylicorum apud Ovidium spondeos longe superantium, hunce in modum pergit: [2]) (‚Nam) negari nequit, Ovidium mirum in modum non solum exercuisse, sed etiam excoluisse linguam . . . Quapropter operae pretium erit disquirere de Ovidio verborum opifice et vocum potissimum dactylicarum inventore‘, et quae sequuntur. Cui viri docti desiderio ex parte tantum hucusque satisfactum esse consentiunt harum quaestionum periti. Postquam enim in commentariis, quos dicunt, ab Nicolao Heinsio inde usque ad nostram aetatem operum Ovidianorum editores litterarumque Romanarum enarratores in novicia illa Ovidiana animadverterunt sat multi [3]) — qua in re praeter ceteros laudandus mihi videtur Vitus Loersius, operum complurium Ovidi-

---

F. Teuffel: De Catulli Tibulli Propertii vocibus singularibus, Friburgi Brisigavorum 1872.

W. Schneider: De Propertio sermonis novatore et amplificatore, Argentorati 1888.

De Ovidio confer infra adscripta. —

Scriptorum post Ovidium qui erant de verborum formatione haece potissimum scripta videntur laudanda:

Aem. Stephanii dissertatio egregia, quam composuit de Martiale verborum novatore, Vratislaviae 1889.

G. R. Hauschild: Die Grundsätze und Mittel der Wortbildung bei Tertullian, Lipsiae 1876.

Alia infra suo quoque loco afferentur. —

[1]) Quintiliani inst. or. X, 1, 96 (de Horatio).

[2]) Hultgren: Obss. metr. I, p. 29.

[3]) Koene l. l., compluribus locis, e. g. p. 196. — Ernestus de Leutsch in encycl. Erschianae serie III, tom. 8., p. 66, 80, 87. — G. E. Gierig sub finem commentationis metamorphoseon editioni praemissae. — E. C. Chr. Bach: Nota ad mett. I, 289, saepius, cf. indicem. — Mor. Haupt (H. I. Mueller) ad mett. II, 596, IV. 567, saepius, cf. indicem. — I. Chr. F. Baehr in hist. litt. Rom. ed. IV., 1868, § 111, p. 454 cum nota 14. — Rud. Ehwald in Bursiani nunt. annal. XLIII. (1885, II) p. 203 sqq. — O. Ribbeck: l. l. II, 340.

anorum[1]) editor ille meritissimus, — inter nostrates primus — quoad equidem scio — in metamorphoseon Ovidianarum sermonis proprietates seorsum investigavit Ludovicus Scheibe[2]). Quo fundamento innixus Iulius Favre Franco-Gallus[3]) postquam praeter ea, quae in metamorphoseon libris obvia sunt vocabula novata ex reliquis quoque operibus Ovidianis nova quaedam addidit selecta, tribus abhinc annis A. Draeger ampliore provincia assumta omnibusque in usum vocatis carminibus Ovidianis opusculum iuris publici fecit de Ovidio sermonis latini amplificatore[4]). Qua in re tractanda parum accurate egisse eamque haudquaquam ad finem perduxisse virum illum ceteroquin de promovendis quaestionibus, quae ad historiam linguae latinae spectant, meritissimum consentiunt, penes quos est harum quaestionum iudicium[5]) iudicabitque, quicunque vel obiter in lectitandis carminibus Ovidianis erit versatus. Conclamantibus igitur sermonis Ovidiani aestimatoribus, ut denuo investigetur in poëtae Paeligni artem vocabulorum novandorum, iam acta agere non videbimur rem ab aliis imperfectam relictam plenius, quoad fieri poterit, retractaturi.

Iam vero priusquam ipsum propositum nostrum aggrediamur, paullo accuratius circumscribendum nobis videtur, quibus finibus

---

[1]) Vit. Loers in prooemio Heroidum editionis, p. LXXI, ubi haec sunt: In qua (oratione) etiam singularis quaedam apparet Ovidii facultas ad copiam sermonis Latini augendam inventis novis iisque aptissimis vocibus et locutionibus; quo unice latinitatem iuvisse Nasonem recte monuit inter nostros homines acutissimus Latinitatis iudex Fr. Aug. Wolfius. — Cf. F. A. Wolf: Vorlesung üb. die Geschichte der röm. Litt., ed. I. D. Gürtler, Lipsiae 1832, p. 194.

[2]) L. Scheibe: De sermonis Ovidiani proprietatibus, quales in Metamorphoseon libris perspiciuntur, in progr. Halberstadtiensi 1880.

[3]) Iules Favre: De Ovidio novatore vocabulorum in Metamorphoseon libris, Parisiis 1885.

[4]) A. Draeger: Ovid als Sprachbildner, progr. gymn. Auricensis, 1888.

[5]) Cf. I. H. Schmalz in Woelfflini ephem. lexic. tom. V, 1888, p. 310.

G. Wartenberg: Wochenschrift f. class. Phil., Berolini 1888, Nr. 47, p. 1426.

H. Magnus: Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen, Berolini 1889, p. 124.

I. Tolkiehn: Quaestionum ad heroidas Ovidianas spectantium capita VII, Lipsiae 1888, p. 86.

R. Ehwald: Berliner philol. Wochenschrift, 1889, Nr. 29/30, p. 927.

Fr. Seitz in Woelfflini ephem. lexicogr., VI, 1889, p. 292 sq. — Idem in programmate, quod composuit vir ille doctus de fixis poëtarum latin. epithetis, Elberfeldae 1890, p. 3, nota [3].

Ad. Lange: Neue philolog. Rundschau, 1890, Nr. 13, 194 sq.

coërceri illud voluimus, ne plura polliceri videamur, quam quae praestaturi simus. Omissis enim iis, de quibus supra mentionem fecimus, quorum solam formam grammaticam metri causa paulisper detorsit poëta, — quorum in altera commentationis suae parte collegit quaedam Ludovicus Scheibe[1] —, non magis nobis est in animo inquirere in ea, quibus nova verborum iunctura novas sententias effecit vel quorum notiones novo modo transtulit poëta[2]) — quae non minus licere poëtis monuit Horatius a. p. v. 47 sqq. — Quae omnia nec non ea, quae ante Ovidium apud orationis pedestris scriptores obvia primum ab eo in poësin sunt introducta[3]), quamvis et ipsa ad elocutionem poëtae universam accuratius cognoscendam sat multum valere nemo sit quin concedat, nos nunc quidem in medio esse relicturos ingenue licet fateri, quippe quae fines propositi nostri excedant, etiamsi non plane cum Fr. Seitzio facimus viribus illa unius longe esse maiora arbitrante[4]). Ad ‚fecundum' autem ‚atque generosum Nasonis ingenium'[5]) accuratius quid, si dis placet, aestimandum solam in copiam verborum miro modo, ut supra monuimus, ab eo auctam inquisituros operae nos pretium esse facturos sperare licet. Ea igitur uno conspectu nobis proponenda esse apparet, quae nullo praecedente derivavit effinxit composuit poëta, i. e. ea, quae in litteris Romanis apud eum aut solum aut primum occurrunt. Inter quae nonnulla sane esse posse, quae ut singularia aut prima exstent apud Ovidium, casu quodam factum esse, iam nemo mirabitur, qui quantam perpessae sint temporum iniquitate litterae Romanae iacturam secum reputaverit[6]). Contra alia intersunt permulta, quae aperta fronte prae se ferunt artis atque

---

[1]) L. Scheibe l. l. inde a pagina 13 usque ad finem. Dolendum sane, quod vir ille doctus id quod promiserat quodque ut perpetraret exoptaverat Antonius Zingerle in ephemeride, quae inscribitur ‚philologische Rundschau', vol. I (Bremae 1881) p. 1018, inceptum illud non persecutus est.

[2]) Inseruit eius generis quaedam libello suo supra citato A. Draeger.

[3]) Respexit ad ea hic illic in dissertatione sua Iulius Favre.

[4]) Cf. Woelfflini ephem. lexic. tom. VI, p. 292.

[5]) Cf. V. Loers: Introd. in Metam. p. XIX.

Libau: De consilio artificioso, quod in componendo Metamorphosium carmine secutus sit P. Ovidius Naso, Elberfeldae 1846, p. 3.

[6]) Cf. C. Zangemeister: De Horatii vocibus singularibus, p. 2.

W. Schneider: De Propertio sermonis novatore et amplificatore, p. 5.

E. Stephani: De Martiale verborum novatore, p. 2, nota 3.

ingenii Ovidiani speciem atque originem. Neque tamen apud Ovidium ipsum notum est deesse locos, quibus librariorum per inscientiam securitatemve pro singularibus audacterque fictis intrusae sint usitatae voces tritaeque, de quibus recipiendis haesitaverint hic illic editores[1]). Iam vero iis, quae dixi, generibus duobus vocabulorum cum solum tum primum apud Ovidium occurrentium unum antecedat consentaneum est — temporum nimirum rationem ut sequamur — eorum, quae non ex ipsius poëtae officina orta e Graeco potissimum fonte transtulit ille in sermonem Latinum atque proposuit imitanda posterioribus.

Ad rem autem ipsam accedentibus nobis paucis liceat indicare, quibus notis signisque in iis, quae sequuntur, usi simus. In locis igitur laudandis textus conformationem secuti, ut par est, maximam partem Merkeli-Ehwaldianam hisce usi siglis in usum vocavimus carminum Ovidianorum hasce editiones:

am. (amorum), **h.** (heroidum sive epistularum), **med.** (medicaminum faciei fem.), **art.** (artis amatoriae), **r.** (remediorum amoris) editionem Ehwaldianam, editam Lipsiae 1888, i. e. operum Ovidian. tom. I;

m. (metamorphoseon) editionem iteratam Merkelianam, quae prodiit Lipsiae 1886, i. e. operum Ov. tom. II;

tr. (tristium) libros V, quos ex recognitione Rud. Merkelii denuo edidit R. Ehwald Lipsiae 1886;

I. (Ibidis), **ex P.** (epistularum ex Ponto), **f.** (fastorum) libros ex iterata R. Merkelii recognitione, Lipsiae 1884, i. e. operum Ovid. tom. III. (exceptis tristibus).

h. (halieuticon) versus adscripsimus ex editione O. Güthlingi, Lipsiae 1884.

* asterisco insignivimus *ἅπαξ εἰρημένα*, i. e. quae in litteris Latinis, quae exstant, alio loco non sunt obvia;

---

[1]) Cf. Zangemeister: l. l. p. 1. — Burmanni not. ad Trist. V, 4, 40. — Loers ad Metam. XIV, 21. — Neque abs re fortasse videtur audire Hertzbergium in quaestt. Propertt. suis, Halae 1843, p. 163, ita disserentem: . . . nec equidem commemorassem, nisi essent, qui etiam Latinis poëtis nova quaedam invenire licere, nec, quae semel tantum reperirentur in scriptore aliquo, statim ut soloecismos damnanda esse, non intellegerent.

† cruce ea, quae apud solum Ovidium compluries recurrunt[1]; nullo signo insignita apud Ovidium primum, tum etiam apud posterioris aetatis scriptores inveniuntur.

Caput I.

VOCABULA GRAECANICA
ad rerum genera disposita.

---

a. Substantiva.

Licebit initium capere ab eis,

a) quae ad litteras artemque poëticam spectant.

Sunt autem haec aut ab Ovidio solo aut primo in litteris Latinis adhibita:

* aelinos, i, *m.*, *αἴλινος*, ὁ, am. III, 9, 23; cf. Welckeri opuscc. I, p. 8 sqq., praesertim pagg. 30, 54, 62; Vaniček[2]) II, 774. — Weise[3]) p. 330. — Saalfeld[4]) p. 23. — ab hoc vocabulo seiungi non potest interiectio, quae est:

ai, *αἴ*, m. X, 215 (cf. ib. XIII, 397.) vide Vaniček l. l. I, 93. — Weise l. l. p. 310, 332. — Saalfeld p. 37. — recurrit vocula illa apud Col. X, 174.

elegia, ae, *f.*, *ἐλεγεῖα*, ἡ, am. III, 1, 7; 9, 3; r. 379; quibus locis poëta Musam poëseos elegiacae incedentem facit[5]), quare editores recentiores vocabulum ut nomen proprium exarandum curaverunt: Elegeia[6]). — Versum autem septimum epistulae Sapphus, quem Merkelius legi voluit hunc in modum: ‚flendus amor meus est. elegeia flebile carmen', postquam R. Ehwald

---

[1]) Liceat hoc loco adnotare, hic illic — sed paucis locis — nos haesitasse, cui inter tres fere aequales, Vitruvio, Ovidio, Livio vocabulum aliquod inventori sit tribuendum. (Cf. A. Draeger: l. l. p. 17.)

[2]) A. Vaniček: Griechisch-latein. etymolog. Wörterbuch, Lipsiae 1877, 2 tt.

[3]) O. Weise: Die griechischen Wörter im Latein, Lipsiae 1882.

[4]) E. A. Saalfeld: Tensaurus italo-graecus, Vindobonae 1884.

[5]) Cf. O. Ribbeck: l. l. II, 236 sq.

[6]) Conferre iuvat, quae disputaverunt de hoc nomine Santenius ad Terentianum Maurum p. 307 sqq. et Loersius ad heroid. XV, 7.

‚bonos libros omnes' secutus ita restituit legendum: ‚flendus amor meus est: ēlēgi flebile carmen',[1]) hunce locum tribus illis adscriptis addere iure nostro haesitamus.

Elegorum[2]) nomine carmina elegiaca primum appellavisse atque opposuisse lyricis Horatium notum est (carm. I, 33, 3; ep. II, 2, 91; a. p. 77); post Ovidium elegiae nomine usi sunt Quintilianus, Statius, Martialis, Ausonius. — Cf. de elegiae vocabulo Curtius in Ber. d. K. S. Ges. d. Wiss. 1864. (hist. = ph. Cl.) p. 7. — Vaniček l. l. II, 773. — Weise l. l. pp. 228, 410. — Saalfeld l. l. p. 429. — De i vocali longa in suffixo ‚ia' cf. Corssen: Voc. II^2, 671. — Praeterea iuvat conferre: I. Johanssen: De elegia et peculiari eius operis indole apud Romanos, Christianiae 1875, p. 3 sq. — O. Ribbeck: hist. poëseos Romanae, I, p. 50.

b) instrumenta ad varias artes pertinentia; arma.

graphium, ii, *n.*[3]), *γραφίον* = *γραφεῖον, τό*, am. I, 11, 23 = lat. scriptorium, stilus; de brevitate i vocalis cf. Curtius in Ber. d. K. S. G. d. W. 1864, p. 5. — Vanič. II, 1103. — Weise p. 232, 427. — Saalf. 511. — recurrit voc. apud Plin., alios.

harpe, es, *f.*,[4]) *ἅρπη, ἡ* = hamatus ensis, m. V, 69, 176. cf. Weise p. 69, 323 A., 429; Saalf. p. 529. — Apud Vaničekium et l. l. p. 789 sq. et in libro, qui inscribitur: Etymol. Wörterbuch der lat. Sprache, Lipsiae 1881, p. 232 sub radice rap. desiderantur nonnullae huius vocabuli notiones. — Recurrit apud alios; apud Venant. Fort. carm. VII, 8, 63 exstat forma ‚harpa'.

nablium[5]) vel naulium, ii, *n.* = *ναβλίον, τό*, art. III, 327;

---

[1]) Riese: Elegeïa flebile carmen. — Cf. de Vries: Epistula Sapphus ad Phaonem, Lugduni — Batavorum 1885, p. 39 sqq.: flendus amor meus est elegis: hoc flebile carmen. Ehwald in editionis praef. p. XXX; Burs. nunt. ann. l. l. p. 219, 243; idem: Ad historiam carminum Ovidianorum recensionemque symbolae, progr. gymnasii Gothani 1889, p. 5.

[2]) Cf. Weise: l. l. 228 A. 410. — Saalf. l. l. 429.

[3]) Apud Bluemnerum: Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste bei Griechen und Römern, Leipzig 1887, IV, 425, hoc vocabulum desideratur.

[4]) Disputat de instrumento illo Ad. Mueller in programmate, quod de adiectivis curvus, uncus et compp. scripsit, Flensburgi 1886, p. 4.

[5]) E. Naumann: Die Entwicklung der Tonkunst aus frühesten Anfängen bis auf die Gegenwart, Berlin u. Stuttgart, 1885, I, p. 45.

nablum, Vulg. 1. chron. 15, 16; Vulg. 1. Machab. 13, 51. — De hoc vocabulo e radice semitica oriunda cf. Weise p. 66, 289; Saalf. 725.

syrinx, gis, *f.*,[1]) σύριγξ, ιγγος, ἡ, m. I, 691, 705. al. cf. Weise p. 51, 528. — Saalf. p. 1085.

c) ad cultum imprimis muliebrem pertinentia: unguenta, gemmae, alia.

amethystus, i[2]), *f.*, ἀμέθυστος, ἡ, art. III, 181. Plin. 37, 121 sqq. — Weise p. 161, 334. — Saalfeld p. 48 sq. — Formae illae: amethystinus, amethystinatus exstant apud Martialem, cf. Stephani l. l. p. 20, 65. — amethystizon apud Plin. 37, 93.

* analeptris, idis, *f.*, * ἀναληπτρίς, ίδος, ἡ (quae forma substantivi e Graecorum scriptis in lexicis non exstat, sed forma mascul. tantum: ἀναληπτήρ, ὁ), art. III, 273; ita Merkelius atque Riese in edd., ubi Ehwaldus (cum Heinsio) secundum archetypum exarandum curavit: analectrides, quam formam exhibent etiam Forcellinius atque Quicheratius in thess.; item Neuius in ‚Formenlehre der lat. Spr.' tom. I, p. 324 (ed. 1866.) — Cf. Weise p. 43, 182 A., 338. — Saalfeld p. 64.

oesypum, i, *n.*,[3]) οἴσυπος, τό, art. III, 213; r. 354; Plin. saepius. — Cf. Weise p. 191, 471. — Saalfeld p. 766; idem: Die Lautgesetze der griech. Lehnwörter im Lat., Lipsiae 1884, p. 108.

philtrum, i, *n.*, φίλτρον, τό, art. II, 106. Laev. fr. 10 M. = amatorium; saepius. Cf. Weise p. 491. — Saalfeld p. 874.

d) arbores, fructus, plantae, flores.[4])

amygdalum, i, *n.*,[5]) ἀμύγδαλον, τό, art. III, 183; alii; — apud posteriores, Col., Plin. = amygdala, ae; e radice linguae semiticae oriundum videtur, cf. Weise p. 61, 66, 137, 366. — Saalfeld p. 59; idem: Fremdwörter im Griech. u. Lat., Lipsiae 1878, p. 2 sq. — Hehn: l. l. p. 338 sq., 342 sq., 527.

canna, ae, *f.*, κάννα, ἡ = arundo donax L., dubites utrum Vitruvio priori adscribas, apud quem 169, 19 et 23 sensu proprio

---

[1]) Cf. Victor Hehn: Kulturpflanzen und Hausthiere in ihrem Uebergang aus Asien nach Griechenland und Italien, et quae seq., Berolini 1874, 2°, p. 262. Bluemner: l. l. Leipzig 1879, II, 395.

[2]) Bluemner: l. l. 1884, III, 251 sq. — [3]) Ibid. 1875, I, p. 100. —

[4]) Cf. Victor Hehn: l. l.

[5]) Cf. L. Friedländer: Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms e. q. s., III[6], p. 59 (1890).

exstat, an Ovidio, qui, cum desideretur vocabulum apud poëtas aequales, illud in deliciis habuit et sensu cum proprio tum translato posuit: art. I, 554; m. II, 682; IV, 298; VI, 326; VIII, 337; XIII, 894; f. II, 465; III, 184; VI, 406. — transl.: m. XI, 171. — Cf. Weise p. 66, 146, 368. — Saalfeld p. 222; id.: Fremdwörter etc. p. 21 sq. et Hehn: l. l. p. 264, ubi et de origine vocabuli semitica agitur. — De forma substantivi conferre licet praeterea: Saalfeld Lautgesetze etc. p. 33.

marathus, i, (marathrus, i sive marathrum, i) = *μάραθος* (*μάραθρος* sive *μάραθον*, *μάραθρον*, *τό*): med. 91 = anethum foeniculum L. (Plin. 8, 99); de forma substantivi vide A. Kunzii notam ad Ovidi de med. fac. libellum p. 75 sq., ubi eum formam vocabuli sine r littera prae altera cum r exarati secundum codd. optimos praeferentem habes. — Cf. Weise p. 131, 454. — Saalfeld p. 661[1]).

moly, yos, *n.* = *μῶλυ*, *υος*, *τό*, m. XIV, 292; Plin. 25, 26. (Priap. 68, 22.) = allium nigrum L. Plin. 21, 180: morion, ab aliis moly appellatum. — Cf. Weise 144, 461; Saalfeld 700; Hehn: l. l. p. 176, 177.[2])

morus, i, *f.*, = *μῶρος*, *μῶρα*, *ἡ*, m. IV, 89; Plin. 16, 18; 25. — Cf. apud Weisium p. 79. — Saalfeld p. 707 sq. — Hehn l. l. p. 337.

e) animalia: aves imprimis atque pisces.[3])

anthias, ae, *m.*, *ἀνθίας*, *ὁ*, hal. 46; Plin. 9, 180. — Cf. Weise p. 55, 118, 341. — Saalfeld p. 78.

cantharus, i, *m.*, *κάνθαρος*, *ὁ*, hal. 105; Plin. 32, 146; Col. r. r. 8, 17, 4. — Vocabulum alio sensu, poculi imprimis notione occurrit apud alios scriptores, Plautum, Horatium, alios.

*.caris, idis, *f.*, *καρίς*, *ἴδος*, *ἡ*, hal. 132. — Weise p. 118, 370. — Saalf. 234.

---

[1]) menta sive mentha vocabulum, quod affert I. Faverus p. 33 inter novicia Ovidiana removendum est utpote exstans iam apud Catonem de re rust. 119 et 157, 6.

[2]) morum, i, *μῶρον*, *τό*: m. I, 105 et Plin. 24, 117: sensu paullum discrepante id quod germanice ‚brombeere' dicimus, cum idem vocabulum alias: Ov. met. IV, 127; Verg. ecl. VI, 22; Hor. sat. II, 4, 21 sit, quod nos ‚maulbeere' appellamus.

[3]) Egit de piscium apud scriptores Romanos nominibus Weise l. l. p. 118 sqq.

cercurus, i sive cercyrus, i,[1]) *m.*, *κέρκουρος*, ὁ, hal. 102; Plin. 32, 152 (Varro l. l. V, 79?). — Idem vocabulum navis Asianae notione iam exstat apud Plaut. merc. pr. 87; alias. — Weise 118, 212, 375. — Saalf. 202.

channe, es, *f.*, *χάννη*, ἡ, hal. 108; Plin. 9, 56; 32, 153. Arist. h. a. 4, 11, 8. — Weise 117, 118, 378. — Saalf. 270; id. Lehnwörter p. 33.

chromis, is, *m.*, *χρόμις*, ὁ, hal. 121; Plin. 9, 16 (24); 10, 70 (89); 32, 11 (54.) — W. 117, 119, 382. — S. 290.

chrysophrys, yos, *m.*, *χρύσοφρυς*, ὁ, hal. 110; Plin. 32, 11 (54), 152. — W. 111, 119, 383. — S. 293.

ciris, is, *f.*, *κεῖρις*, *εως*, ἡ[2]), m. VIII, 151. — Cf. Hyg. fab. 19. Ps.-Verg. Cir. 488 sqq. — W. 385. — S. 299 sq.

echeneis, idis, *f.*, *ἐχενηΐς*, *ίδος*, ἡ, hal. 99; Plin. 9, 79. = lat. mora, Plin. 32, 5. remora Serv. Verg. Aen. 8, 699. — alii. — W. 119, 408. — S. 422.

† echidna, ae, *f.*, *ἔχιδνα*, ἡ (coluber Berus L.), m. X, 313; IX, 69, 158; f. V, 405. — Idem ut nomen proprium exstat m. IV, 501. — adiect. derivatum: echidnēus, a, um: vide infra. — W. 41, 44, 408. — S. 423.

epodes, um, *m.*, * *ἔποδες*, *οἱ*[3]) (quae forma in scriptis Graecis non exstat), hal. 126; Plin. 32, 152: epodas. — Weise p. 119, 417 proponit legendum: nepodes = *νέποδες*. — S. 460.

epops, pis, *m.*, *ἔποψ*, *οπος*, ὁ = upupa, m. IX, 674; Pseud.-Verg. Cul. 251. — W. 52, 110, 417. — S. 461.

erythinus, i, *m.*, *ἐρυθῖνος*, ὁ, hal. 104; Plin. 9, 56. — W. 58, 119, 418. — S. 465.

haliaeetos, i, *m.*, *ἁλιαίετος*, ὁ[4]) (haliaetos, *ἁλιάετος*, ὁ), m. VIII, 146; (Plin. 10, 10); Verg. Cir. 535; Hyg. fab. 198. — W. 110, 428. — S. 524.

hippurus, i, *m.*, *ἵππουρος*, ὁ, hal. 95; Plin. 9, 57; 32, 149. — W. 119, 435. — S. 560 sq.

hyaena, ae, *f.*, *ὕαινα*, ἡ, m. XV, 409; Plin. 8, 105. — alii. — W. 33, 53, 98, 120, 437. — S. 570.

---

[1]) Plin. l. l.: his adiciemus ab Ovidio posita nomina (animalia Birt) quae apud neminem alium reperiuntur: bovem, cercyrum e. q. s.

[2]) Cf. O. Keller: Thiere des classischen Alterthums in culturgesch. Beziehung, Oeniponti 1887, p. 259 sq.

[3]) Idem: l. l. p. 198. — [4]) ib. p. 261 sqq.

iulus, i, *m.*, secundum Lachmannum, alias: iulis, idis, *f.*, ἰουλίς, ίδος, ἡ, hal. 95; Plin. 32, 94 (152); Cael. Aur. tard. I, 1, 22. — W. 119, 120, 445. — S. p. 600.

lamyrus, i, *m.*, λαμυρός, ὁ, hal. 120; Plin. 32, 149. Detl. — W. 119, 446. — S. 609.

mormyr, yris, *f.*, μορμύρος, ὁ, hal. 110; Plin. 32, 152. — W. 119, 463. — S. 707.

* nepodes: vide supra: epodes.

orphus, i, *m.*, ὀρφός, ὁ (att. ὀρφώς) hal. 104;[1]) Plin. 9, 57; 32, 152. — W. 119, 475. — S. 787.

perca, ae, *f.*, πέρκη, ἡ, hal. 112; Plin. 9, 57; 32, 9 (34); saepius; alii. — W. 119, 486. — S. 846. — Vaniček. W. 1187.

phager, i (p(h)agrus, i), *m.*, φάγρος, ὁ, hal. 107; Plin. 9, 57; 32, 113; 150. alii. — W. 56, 119, 488. — S. 858.

salpa, ae, *f.*, σάλπη, ἡ, hal. 121; Plin. 9, 68. — W. 119, 510. — S. 982.[2])

smaris, idis, *f.*, σμαρίς, ίδος, ἡ, hal. 120; Plin. 32, 108. - W. 119, 518. — S. 1030 sq.

sparulus, i, *m.*[3]) = deminut. derivatum a subst. sparus, i., *m.*, σπάρος, ὁ, hal. 106; Mart. III, 60, 6. — W. 118, 520. — S. 1040.

synŏdūs, ontis, *m.*, συνόδους, όντος, ὁ, hal. 107; Plin. 37, 182 = dentex. — Neuii ‚Formenlehre' I, (1866) p. 325. — W. 44 A., 119, 528. — S. 1082.

terēdo, inis, *f.*, τερηδών, όνος, ἡ, ex P. I, 69; Plin. saepius, alii. — Fortasse tribuendum est substantivum Vitruvio priori, apud quem occurrit de arch. V, 12. — W. 54, 123, 531. — S. 1093; id. ‚Lautgesetze' p. 13 u. ‚griech. Lehnw.' p. 24. — Vaniček. I, 290. — Isid. or. 12, 5, 10: ‚teredonas Graeci vocant lignorum vermes.'

tragus, i, *m.*,[4]) τράγος, ὁ, hal. 112; Plin. 32, 152. — W. 119, 537. — S. 1134.

---

[1]) Deest locus ille Ovidianus in Forcellinii lexico sub verbo.

[2]) scorpius, i, *m.*, σκορπίος, ὁ, m. XV, 371 = Scorpion. Alio sensu, i. e. = piscis marinus (cottus scorpio L.) iam apud Catonem r. r. 158, 1. Sisenna ap. Non. 552. — scorpios: fast. IV, 164; -on (acc.) V, 541. — W. 56, 119, 122, 247, 325, 515. — S. 1010.

[3]) C. Paucker: Die lat. Deminutiva auf einfaches -ulus, -ula, -ulum, Mitau 1876, p. 14.

[4]) Recte Stephanius l. l. p. 24, nota [3]) monet, Ovidium hoc nomen quadrupedis in piscem transtulisse, sicut alia: asellus, lepus, lupus, cett.

xiphias, ae, *m.*, ξιφίας, ὁ, hal. 97; Plin. 32, 15; 151 = xiphias gladius L. — W. 119, 120, 542. — S. 1174.

Ad postremum de canum atque equorum nominibus propriis, quae apud Ovidium occurrunt sat multa, paullo infra videbimus, ubi de nominibus propriis in universum agemus.

f) ad religionem cultumque deorum spectantia.

caristia, orum, *n.*,[1]) χαρίστια (χαρίσια, χαριτήσια), τά, f. II, 615. — Suet. Nero 16. — Mart. — Valer. Max. II, 1, 8: convivium etiam solemne maiores instituerunt idque caristia appellaverunt cett. — W. p. 19: bei der Schreibung caristia = χαρίστια liegt volksetymologische Anspielung an carus vor. — S. 234.

eos (Eos) *f.*, ἠώς, ἡ, = aurora, f. III, 877. — Sen. Herc. Oet. 617. — meton. Lucan. 9, 544. — Adiectivum inde derivatum: eous iam occurrit apud Vergil., Hor., Prop.; substantivum Eous usurpavit Vergilius Aen. I, 288.

hyacinthia, orum, *n.*, ὑακίνθια, τά, m. X, 219.[2]) — Macrob. sat. I, 18. — Hieronym. I. in Iovinian. 41. — hyacinthus iam occurrit apud Vergilium; hyacinthinus primus usurpavit Catullus, saepius Ovidius; hyacinthizon exstat apud Plin. — Saalf. 569. — Weisium haec forma effugisse videtur; contra ‚herois' ib. 433 Propertio debetur.

Iam vero transeamus ad:

b. Adiectiva e sermone Graeco translata.

adamantēus, adiect. a subst. gr. ἀδάμας, αντος, ὁ, derivatum, m. VII, 104; Manil. I, 903. — Cf. apud Weisium p. 329; Saalf. p. 17. — adamantinus, a, um occurrit iam apud Lucret. II, 447; Hor. carm. III, 24, 5.

---

[1]) Ioach. Marquardt: Röm. Staatsverwaltung, ed. Georg Wissowa (Handbuch der röm. Alterthümer von I. Marquardt u. Th. Mommsen, VI²), Lipsiae 1885, III², p. 127.

2) Cf. G. F. Unger: (Der Isthmientag und) die Hyakinthien, in Philologo t. XXXVII, p. 13 sqq. — L. Preller: Griech. Mythologie, ed. C. Robert, Berolini 1887, I, 248 sqq. — G. Bissinger: Welche Blume hat man sich unter dem ὑάκινθος der Alten zu denken? Erlangae 1880, p. 8, 20; p. 45 sqq. etiam de etymo nominis illius agitur.

blaesus, a, um, βλαισός, ή, όν = balbus, debilis, am. II, 6, 24; art. I, 598; III, 294; subst.: Ibis 539. — Isidor. Orig. 10, 29: ‚balbus a blando, inde et blaesus, quia verba frangit'. — Popma de differ. p. 133: ‚blaesus, cui litterae sibilantes (s, z) molestae sunt vitioseque pronuntiantur'. Martial., alii. — W. 28, 29, 325, 361. — S. 174. — Vaniček.: etym. Wörterb. I, 234.

* chalybeïus, a, um, * χαλυβήϊος sive * χαλύβειος (quae formae in litteris Graecis non traduntur), f. IV, 405, ubi Quicheratius exhibet: chalybeïs massa latebat. — subst. chalybs, χάλυψ, ὁ, iam usurpavit Verg. Aen. VIII, 446. — cf. Koene: l. l. p. 194. — W. 154, 377. — S. 268. — Brambach: lat. Orth. 246, 288.

nectareus, a, um, νεκτάρεος, α, ον, m. VII, 707; Mart., alii. — nectar, νέκταρ, τό, iam occurrit apud Lucr. II, 848. — W. 319 A., 467. — S. 736.

Iam vero intuentibus nobis ea, quae attulimus substantiva et adiectiva e Graeco fonte desumta computantibusque eorum numerum pro tot millenis versibus Ovidianis iam modica sane ratione illis usus esse videbitur poëta Sulmonensis, praesertim si aliorum, e. g. Martialis, hac in re respexeris nimiam sane abundantiam.[1]) Immo ne desunt quidem apud Ovidium exempla locutionum, quibus consulto atque industria respuisse videatur vocabula Graecanica apud scriptores latinos et ante et post eum occurentia, quibus ille, utpote qui esset summus sermonis latini artifex, felicissime in patrium sermonem convertisse putandus est Graeca, ut e. g. habes:

structum utrimque theatrum, m. XI, 25 = ἀμφιθέατρον, Vitr. 30, 12 R. C. I. L. III, 836.

pulsus lyrae, f. V, 667 = κρούσματα, Martial. VI, 71, 1.

genualia, ium, m. X, 593 = περισκελίδες, Hor. ep. I, 17, 56, sive περισκέλιον, quod dicit Tert. cult. fem. II, 13. — vide infra p. 33 disputata.

pineta, f. II, 275; IV, 273 = * πιτύωνες, Martial. XII, 50, 1 h.[2])

formidatae aquae, ex P. I, 3, 24: = ὑδροφοβία, Cael. Aur. acut, III, 9, 98; et quae sunt alia multa.

---

[1]) Cf. Stephani l. l. p. 6—32.

[2]) Cf. ibid. l. l. p. 11 et 14 sq.

Sed iam enumerationis nostrae ordine deducimur ad aliud genus vocabulorum e sermone Graeco desumtorum, i. e. ad:

c. Nomina propria,

quorum exstat in carminibus Ovidianis inexhausta fere multitudo. Fieri scilicet non potuit, quin poëta in fabulis rebusque mythologicis cum Graecorum tum Romanorum versutissimus in enarrandis innumerabilium fere deorum heroum hominum locorum animalium plantarum lapidum fatis atque transformationibus permagnum in usum vocaret numerum nominum propriorum atque adiectivorum ab illis derivatorum, quorum formam grammaticam hic illic novis adhibitis terminationibus summa facilitate atque elegantia ad metri dactylici accommodaret rationes. Ad quod accedit, quod Ovidius, qua erat ad excogitandum inveniendumque felicitate atque ubertate, hic illic non dubitavit, deis hominibus animalibus — canibus imprimis atque equis — ipse nomina indere Graecanica ad eorum naturam indolemque accomodata.[1]) Iam vero, quamvis ex operibus Ovidianis nominum propriorum et aperte translatorum et feliciter derivatorum sive ingeniose inventorum collecta habeamus sat multa, nunc quidem — nam in praesentia non est nobis in animo onomasticon componere Ovidianum[2]) — delectum quendam illorum proponere sufficiat ad comprobanda ea, quae diximus idoneum, idque eo magis, cum id ipsum, de quo agitur, nominum genus foedissimis saepenumero exstare in codicibus deturbatum mendis[3]) nemo sit qui nesciat. — Priusquam autem ad heroum hominum terrarum fluviorum nomina propria accedamus, haud abs re videbitur adscribere appellationum seriem haud illam exiguam, quibus poëta locis quibusdam insignivit canes atque equos, qui loci mirum in modum ita sunt comparati ut habeamus Ovidium ingenio suo

---

[1]) * Dysparis nomen (h. XIII, 43) non ad ipsius Homeri Il. Γ, 39, sed ad Euripideum exemplar quoddam Ovidium expressisse suspicatur Tolkiehnius l. l. p. 86.

[2]) Improbavit mea quidem opinione iniuria, quod Tolkiehnius l. l. capite VI, p. 85 sqq., nomina quoque propria apud Ovidium primum obvia appinxit quaedam, Georg. Knaackius in ephemeride, quae inscribitur ‚deutsche Litteraturzeitung', Berolini 1889, p. 306.

[3]) Cf. H. St. Sedlmayer: Prolegomena critica ad heroides Ovidianas, Vindobonae 1878, p. 43. — A. Gudeman: De Heroidum Ovidii codice Planudeo, Berolini 1888, p. 62 sq.

indulgentem [1]) et quod bene cessit relinquere nescientem. [2]) Iam vero cum in dissertationibus suis lepidissimis, quibus ‚de canum nominibus graecis' disputavit Elimarus Baecker [3]) et ‚de nominibus, quae Graeci pecudibus domesticis indiderunt' Fridericus Ieschonnek [4]), de iis quoque actum sit satis scite atque diligenter, quae Ovidius primus transtulisse sive invenisse videtur canum equorumque nomina, nunc quidem satis duximus illa hoc loco uno proponere conspectu. Sunt autem haec:

a) canum nomina, [5])

partim ad usum eorum, venationem maxime spectantia, partim a virtutibus, robore celeritate sive certis coloribus deducta: Aello, Agre, Agriodus, Asbolus, Canache, Cyprius, Dromas, Harpalus, Harpyia, Hylactor, Hylaeus, Ichnobates, Lachne, Lacon, Ladon, Laelaps, Leucon, Lycisce, Melampus, Melanchaetes, Melaneus, Nape, Nebrophonus, Oresistrophus, Oribasus, Pamphagus, Poemenis (‚pecudes secuta'), Pterelas (‚pedibus utilis'), Sticte, Theridamas, Tigris.

Ad quae accedant

b) equorum

Solis dei celeberrimorum nomina et ipsa felicissime ab Ovidio translata: (Aethon, [6]) Eous,) Phlegon, [6]) Pyrois (m. II, 153 sq.), quorum duo postrema apud Ovidium inter Romanos primum occurrunt.

Iam vero accingamus nos sesundum propositum nostrum ad eligendam seriem quandam

c) nominum propriorum atque adiectivorum inde derivatorum, patronymicorum imprimis atque ethnicorum,

quae larga sane atque prodiga manu a poëta per omnes partes carminum sunt dispersa [7]).

---

[1]) Quintil. X, 1, 98. — [2]) Seneca contr. IX, 5, 17 K. — Cf. O. Ribbeck: l. l. II, 339. — [3]) Regimonti 1884. — [4]) Ibid. 1885.

[5]) Vide met. III, 206—233. — Cf. Pott in Kuhnii annal. VI, p. 412 sqq.

[6]) Haec nomina desiderantur in Georgesii lexico nec non pleraque canum nomina supra allata.

[7]) Egit de iis, quae in metam. libris huius generis obvia sunt Iulius Favre l. l. p. 34—51. — Ex parte tantum vera sunt, quae W. Schneider: De Propertio etc. p. 8 et 25 hisce de nominibus e Graeco fonte depromptis derivatisve disseruit, cum illa ad cognoscendum sermonem poëtae alicuius minimi momenti esse censeat.

α) in suffixum -ides (-iades) terminata.[1])

Abantiades: am. III, 12, 24; m. IV, 607, 673; V, 138, 236; Ib. 463. (Cf. Abanteus m. XV, 164.)

Achaemenides: m. XIV, 161 sqq.; Ib. 415. ex P. II, 2, 25. (Cf. Achaemenius: art. I, 226; m. IV, 212.)

Achillides: h. VIII, 1. Ib. 301.

Acrisioniades: m. V, 70. (Acrisioneus: m. V, 239.)

Actorides: 1) Actoris filius = Menoetius, f. II, 39. (Val. Fl. I, 407.) — 2) Erithus, Phinei socius: m. V, 79. — 3) Actoris nepos, Menoetii filius: art. 743; m. XIII, 273; tr. I, 9, 29. (alii.) — 4) Eurytus et Cteatus, plur., m. VIII, 308.

Agenorides: m. IV, 562; ex P. I, 3, 77.

* Amphiareïades: f. II, 43. — (Cf. Amphiareus apud Prop., vide Schneider: l. l. p. 25.)

* Amyntiades: Ib. 295.

Amyntorides: art. I, 337; m. VIII, 307; Ib. 259.

Asopiades: m. VII, 484. (Cf. infra Asopis.)

Astacides: Ib. 515. Stat. Theb. VIII, 726.

* Berecyntiades: Ib. 508. (?)

* Chīŏnĭdēs: ex P. III, 3, 41. (patronymicum a χιόνη factum; prima producitur ab Ovidio, quod in huiusmodi saepissime usu venit; cf. Priamides. — Forcell.)

* Cliniades: Ib. 633. — (deest apud Georgesium.)

Coronides: m. XV, 624; f. VI, 746; Ib. 406.

* Crotopiades: Ib. 480. = Callim. frg. 315.

* Dryantiades: Ib. 345.

Erechthides: m. VII, 430.

Etracides: Ib. 293. (Merkel-Ehwald.)

Eurymides: m. XIII, 770; Ib. 270. (Hyg. fab. 125, 128.)

Eurytides: m. VIII, 371.

Harpagides: Ib. 545. (deest apud Georgesium.)

Hyrtacides: Ib. 632. (?)

† Iliades: 1) Iliae filii: am. III, 4, 40; m. XIV, 781, 824; tr. IV, 3, 8; f. III, 62; IV, 23. — 2) Ilii = Troiae incolae: m. X, 160; tr. II, 406. cf. Priscian. I, 63, 13 K.

Leoprepides: Ib. 512. (deest in Georgesii atque Forcellinii lexicis.)

[1]) Cf. Koene l. l. p. 221 sq. — Hultgren: Fleckeiseni ann. 1873, p. 769.

Leucippides: h. XV, 327.

* Lycurgides: Ib. 503. (Priscianus II, 37 K. exhibet formam epicam: Lycoorgides.)

Naupliades: m. XIII, 39, 310; Ib. 619.

* Neoclides: ex P. I, 3, 69.

† Oebalides: f. V, 705; Ib. 588. — Val. Fl., alii. — (Cf. infra Oebalis: h. XV, 127; Oebalius: f. I, 260, III, 230.)

Oenides: h. III, 92; IV, 99; m. XIV, 512; f. IV, 76. (Cf. Oeneus h. IX, 154; m. VIII, 281. Stat. Theb. II, 469.)

Ophionides: m. XII, 245.

Penthalides: Ib. 607.

Pheretiades: art. III, 19.

Phillyrides: art. I, 11.

Phylacides: am. II, 6, 41; art. II, 356; III, 17.

Poeantiades: m. XIII, 311.

* Promethides: m. I, 390.

Taenarides: m. X, 183. (Cf. Taenaris: h. VIII, 70, 71; XV, 30; XVI, 6.)

Thestiades: m. VIII, 304, 434 sqq., saepius.

Thestorides: m. XII, 19, 27.

Thyestiades: art. II, 407. — Claud.

β) nomina substantiva vel adiectiva suffixi -is, -idis ope formata.[1]

Achais: 1) subst. = Graecia: m. V, 577. 2) adiect. = a. achaicus, a, um: m. XV, 293. b. graecus, a, um: m. III, 511; V, 306.

* Aethalis: ex P. II, 3, 84.

Aetolis: h. IX, 131. (Cf. Aetolus: m. XIV, 528; r. 159. — Aetolius: m. XIV, 461.)

* Aganippis: f. V, 7.

* Arethusis: f. IV, 873. (Cf. Arethusius: Sil. IV, 356; Arethusaeus: Claud. rapt. Pros. 60.)

Asopis: [am. III, 6, 41.] m. VI, 113; VII, 616. — alii.

Bithynis: am. III, 6, 25.

[1]) Cf. Koene: l. l. p. 193—194 nota: ‚Diese Form is statt ia gehört zu den vielen Mitteln, welche Ovidius angewandt hat, um seinem Verse die Glätte und Leichtigkeit zu geben, wodurch er sich vor allen andern römischen Epikern auszeichnet.‘

Curetis: m. VIII, 153.

Cynosuris: tr. V, 3, 7. (Germ. Arat. 189.)

Eleleis, plur. Eleleides = Bacchae: h. IV, 47 (cf. m. IV, 15.) vide Vaniček. Wörterb. II, 776, nota 11.

Erymanthis: m. II, 499; tr. I, 4, 1; 11, 15. — (apud Cic. et Stat. = Erymanthius.)

Erytheis: f. I, 543; V, 649.

Eurytis: h. IX, 133; m. IX, 395.

Gangetis: am. I, 2, 47.

Haemonis: h. XIII, 2.

Hippomeneis: Ib. 335.

Icariotis: adiect.: ex P. III, 1, 113. (subst. apud Prop. III, 11, 10.)

Illyris: adiect.: tr. II, 225; subst.: ex P. II, 2, 77; alii.

Latois: h. XX, 153; m. VIII, 278; praetera conferre iuvat reliquas ab subst. Latona sive Leto adiectivorum formas apud Ovidium obvias: Letois: m. VII, 384; Letoius: m. VIII, 15; Latous: m. VI, 274, 384; Latoius: m. XI, 196; Latonius: m. I, 696; VIII, 394; 541; Ib. 477 (hoc adiect. iam adhibuit Vergilius.) * Latonigena: m. VI, 160.

Lesbis: am. II, 18, 26, 34; f. II, 82; epist. S. (XV.) 100, 199, 200, 201. — conferre iuvat formas: Lesbias, Lesbius, Lesbous, Lesbiacus.

Lyrnesis: art. II, 403; tr. IV, 1, 15. — Lyrnesius apud Verg. Aen. X, 128 et Ovidium.

Maeonis: m. VI, 103; f. II, 310; Maeonius apud Vergil. et Ovidium.

Maeotis: tr. III, 12, 2; ex P. III, 2, 59.

Magnetis: h. 12, 9.

Medeis: (Medeides herbae) art. II, 101.

Minois: art. I, 509; h. XV, 347; praeterea: Minoius: h. IV, 61; XVI, 193; Ib. 289. Minous: h. VI, 114.

Minyeis: m. IV, 32, 425. — aliter: Minyeias: m. IV, 1; Minyeius: m. IV, 389.

Miletis: a) subst.: m. IX, 635. b) adiect.: tr. I, 10, 41. — cf. Milesius: tr. II, 413.

Nyseis: m. III, 314; VII, 295.

Oebalis: h. XV, 127. — Oebalius: m. XIII, 396; f. I, 260; r. 458. — Oebalides: m. X, 196; Ib. 588; f. V, 705.

Ormenis: h. IX, 50.

Pallantis: m. XV, 700; f. VI, 567; praeterea: Pallantias: m. IX, 421; XV, 191; f. IV, 373. — Pallantius: f. V, 647; — Pallanteus apud Vergil.

Parrhasis: h. XVII, 152; m. III, 460; f. IV, 577; tr. I, 3, 47. (Cf. Parrhasius: m. VIII, 315, quod iam apud Vergilium exstat.)

Pegasis: h. V, 3; ep. S. 27; tr. III, 7, 15.

Pelasgis: ep. S. 217; — Pelasgias: h. IX, 3; — Pelasgus: m. XII, 7; XIII, 268; art. 421 saepius.

Pelopeis: f. IV, 285. — Pelopeias: m. VI, 414; f. III, 83. — Pelopeius: saepius.

Phaeacis: ex P. IV, 12, 27; 16, 27.

Phaëthontis: m. XII, 581.

Phasis: 1) nomen fluvii: m. VII, 6. 2) = Medea: h. VI, 108; XV, 345; XVIII, 176; art. III, 33; f. II, 42; — Phasias: h. VI, 103; art. II, 103, 382. — Phasiacus: r. 261; Ib. 603.

Phlegethontis: m. V, 544; XV, 532.

Phylaceis: h. XIII, 35.

Pirenis: m. VII, 391; II, 240. ex P. I, 3, 75. Senec. Med. 745.

Sarmatis: tr. I, 2, 82; IV, 10, 110; ex P. I, 2, 114. — Sarmatice: tr. V, 12, 58.

Schoeneis: am. I, 7, 13; h. XV, 263; XX, 123.

Sicanis: Ib. 598.

Sidōnis (Sidŏnis): m. X, 267; XIV, 79; f. III, 649; alias: Sidōnius et Sidŏnius apud Verg. et Ovid.; — Sidonicus: Sall.

Stymphalis: m. V, 585; IX, 187. — alii. — Stymphalicus: Plaut. — Stymphalius: Catull.

Symaethis: m. XIII, 750. — (Cf. Symaethius: m. XIII, 879.)

Taenaris: h. VIII, 70, 71; XV, 30; XVI, 6. — (Cf. Taenarius: m. II, 247; X, 13; h. XIII, 45; XV, 274. — Taenarides: m. X, 183.)

Tantalis: h. VIII, 66, 122; m. VI, 211. — (Cf. Tantalides: h. VIII, 45, 122; XVI, 54; am. II, 8, 13.)

Thessalis: h. XIII, 112; m. XII, 190.

Thyreatis: f. II, 663.

Tiberinis: f. II, 597. (Cf. Tiberinus: m. XV, 728.)

Trinacris: f. IV, 405; tr. V, 13, 22. ex P. II, 10, 22. — alias: Trinacrius: iam apud Vergilium.

Triopeïs: m. VIII, 872. (Cf. Triopeius: m. VIII, 751.)

γ) nomina in -ias cadentia.

Achaeias: (plur.) h. III, 71.

Acheloias: (plur.) m. XIV, 87; Acheloides: m. V, 552.

Alpheias: m. V, 487.

Cephisias (Cephesias): m. VII, 438. — Cephisis: m. I, 369.

Iphias: art. III, 22; tr. V, 14, 38. (Apoll. Rhod.)

Lemnias: h. VI, (1); 53, 139; am. III, 672.

Lesbias: ep. S. 16. — Lesbis: am. II, 18, 26, 34. (reliquas formas supra adscripsimus.)

Methymnias: ep. S. 15; Methymnaeus: m. XI, 55.

Minyeias: m. IV, 1. — Minyeides, um: m. IV, 32. — Minyeius: m. IV, 389.

Nisias: ep. S. 54. (bis.) cf. Niseius: m. VIII, 35.

Nysias: f. III, 769. — (Cf. Nys(i)eis: m. III, 314.)

Ophias: m. VII, 383.

Pallantias: m. IX, 421; XV, 191; f. IV, 373; V, 647. (Cf. Pallantis: m. XV, 700.)

Pelasgias: h. IX, 3. — (Cf. Pelasgis: ep. S. 217.)

Pelias: h. III, 126; XII, 8; art. I, 696; r. 48; m. XIII, 109. ex P. I, 7, 52; II, 2, 26. — alias: Peliacus.

Pelopeias: m. VI, 414; f. III, 83. — alias: Pelopeius, Pelopeus.

Phasias: h. VI, 103; art. II, 103, 382. ex P. III, 3, 80. (Cf. Phasis: h. VI, 108; XV, 345; XVIII, 176; art. III, 33.)

Scyrias: art. I, 682.

Thestias: r. 721; f. V, 305; tr. I, 7, 18.

Thoantias: h. VI, 163.

δ) in -eus exeuntia.

Acrisioneus: m. V, 239. — (Cf. Acrisioniades: m. V, 70.)

Agenoreus: h. III, 42; m. III, 308; f. VI, 712.

Apollineus: m. I, 473; IX, 451; XI, 155; XIII, 631; XV, 533; Ib. 264; tr. III, 3, 10. — alias: Apollinaris.

Aesareus: m. XV, 54.

Carysteus: f. IV, 282.

† Cassandreus: ex P. II, 9, 43; Ib. 461.

* Cercyoneus: Ib. 412.

* Echidneus: m. VII, 408.

Erebeus: Ib. 227; Verg. Cul. 201. H.

* Hypsipyleus: f. III, 82.

Hyrieus: m. VI, 719; f. VI, 719.

Leacheus: m. IV, 515; f. VI, 491. al.

Lycambeus: Ib. 54. — Martial. VII, 12, 6.

Melantheus: Ib. 623. — (Cf. Melanthius: h. I, 95.)

Metereus: tr. II, 191. — (deest in Forcell. ed. 1805.)

Nesseus: h. 9, 163; Ib. 491. — Sen. poët.

† Perilleus: tr. V, 1, 53; Ib. 437.

* Phalaeceus: Ib. 502.

Phaethonteus: m. IV, 246. — (Cf. supra: Phaethontis.)

Phrixeus: h. VI, 104; XII, 8; m. VII, 7; f. IV, 278. inter posteriores: Martial., Sen.

Symaetheus: f. IV, 472. — (Cf. Symaethis.) Symaethius apud Vergilium et Ovidium.

Teuthranteus: m. II, 243.

* Therodamanteus: Ib. 383.

Thoanteus: Ib. 384. — (Cf. Thoantias: h. VI, 163.)

Thyesteus: art. I, 327. — (Cf. supra: Thyestiades.)

* Tisiphoneus: tr. IV, 9, 6.

ε) in -ius, -eius suffixum desinentia.

Borysthenius: ex P. IV, 10, 53. — Avien. descr. orb. 448, 721.

Bosphorius: tr. II, 298. — Prudent. 5, cath. 147. (Bosphoreus: Sidon. carm. 2, 55.)

* Caystrius: tr. V, 1, 11.

Cecropius: h. X, 125; art. I, 172; m. VI, 70, 446; XI, 93; XV, 427.

Cepheius: am. III, 3, 17; ep. S. 35.

Cybeleius: art. I, 507; m. X, 104, 704. — alii.

* Cycneius: m. VII, 371.

Erigoneius: f. V, 723. — Mart. Cap. 2, § 174.

Isindius: Ib. 621.

Ismarius: am. II, 6, 7; III, 9, 21; h. I, 46; ep. S. 154; m. II, 257; IX, 642; X, 305; XIII, 530.

Ismenius: m. XIII, 682. — (Cf. Ismenis; Ismenides.)

Lycaonius: m. II, 496; tr. III, 2, 2; Ib. 431; f. III, 793. (Lycaonis apud Verg., Catull., Ovid.)

Machaonius: art. II, 491; r. 546. ex. P. I, 3, 5.

Megareius: m. X, 659. — Stat.

Melanthius: h. I, 95.

Mopsopius: h. VIII, 70; m. V, 66; VI, 423.

Oedipodionius: m. XV, 429.[1]) — (Stat. Theb. II, 305. — Oedipodionides: Stat.)

Olenius: h. XVII, 188; m. III, 594; f. V. 251. — Stat.

Ophiusius: m. X, 229.

Pelopeius: h. VIII, 27, 81; m. VIII, 622; tr. IV, 4, 67. — vide: Pelopeis, Pelopeias.

Philyreius: m. II, 676; VII, 352; f. V, 391.

Phineius: f. VI, 801. Phinēus: m. V, 109.

Phylaceius: Ib. 327; tr. V, 14, 39. (Cf. Phylaceides matres: h. XIII, 35.)

Poeantius: r. 111; m. XIII, 45; tr. II, 13; V, 1, 61; Ib. 253. ex P. I, 3, 5. vide: Poeantiades.

Rhodopeius: m. X, 11, 50; Ib. 345. — alii.

Stheneleius: h. IX, 25; m. II, 367.

Teuthrantius: h. IX, 51; tr. II, 19. Sen. Herc. fur. 477.

Tithonius: f. III, 503. — Val. Fl.

Tyrinthius: m. IX, 66; f. I, 547.

Zancleius: m. XIV, 47. — (Cf. infra: Zanclaeus.

ζ) in -aeus suffixum exeuntia.

Hennaeus: m. V, 385. ex P. II, 10, 25. — Col., Sil., Stat. Theb.

Medusaeus: m. V, 249, 257, 312; X, 22; f. V, 8. Mart. VII, 1, 2.

Pisaeus: am. III, 2, 15; m. V, 409; tr. II, 386; IV, 10, 95; Ib. 366. — alii.

Pygmaeus: m. VI, 90; f. VI, 176. — Iuvenal.

Temesaeus: m. VII, 207; med. 41; f. V, 441. — (Cf. A. Kunz: Ovidii de med. fac. libellus, 1881, p. 92.)

Therapnaeus: art. III, 49; h. XV, 196; f. V, 223. — alii.

* Thisbaeus: m. XI, 300.

Zanclaeus: m. XIII, 729; tr. V, 2, 75; f. IV, 499. — (Cf. supra: Zancleius.)

---

[1]) Hoc unicum est adiectivum patronymicum ab Ovidio novatum, quod inseruit libello suo supra citato A. Draegerus!

η) in -iacus terminata.

* Amastriacus: Ib. 329. — Amastriani: Pl. ep. X, 98 sq.

Amathusiacus: m. X, 227.

Ammoniacus: med. 94. — alii.

Callaicus: f. VI, 461. — alii.

Cytheriacus: h. VII, 60; f. IV, 15. — alias: Cytherea, Cythereias, Cythereis, Cythereius apud Ovidium.

Cytoriacus: m. IV, 311; VI, 132.

Ioniacus: h. IX, 73 = art. II, 219.

Phasiacus: h. XII, 10; r. 261. — (Cf. Phasis, Phasias.)

Phidiacus: ex P. IV, 1, 32. — Iuvenal., alii.

Thermodontiacus: m. IX, 189; XII, 611. — (Cf. Thermodonteus: Prop. III, 14, 6. — Thermodontius: Sen. poët.)

Thyniacus: tr. I, 10, 35.

Sub finem collectionis propositae adnotare liceat spem esse, fore ut in onomasticon, quod Augustum Zimmermann Posnanensem iamiam confecturum esse ferunt, etiam nomina propria cum Latina tum Graecanica Ovidiana recipiantur.[1])

[1]) Cf. Woelfflini ephem. lexicogr. 1891, VII, 465 sq.

Caput II.

VOCABULA LATINA.

I. NOMINA.

A. Simplicia.[1]

a. Substantiva.

1. Masculina.

a) in -tor (fem. -trix) exeuntia.

Substantivorum verbalium sive nominum agentis suffixi -tor (-trix) ope formatorum[2]) amplissimum notum est patere in litteris Romanis campum; computasse eorum sibi visus est Carolus de Paucker, scientissimus ille harum quaestionum existimator, in iis, quae exstant, scriptis latinis duo circiter millia trecenta, quorum duae fere partes sunt recentioris atque recentissimae aetatis[3]). Anteiverunt in adhibendis conformandisque eiusmodi substantivis — ut omittam scaenicos[4]) — inter poëtas potissimum Lucretius[5]),

[1]) Inter simplicia nimirum nomina et verba liceat praemonere nos ea quoque rettulisse, quae a compositis vocabulis derivata non ipsa compositione orta sunt. (cf. Aem. Stephani: l. l. p. 33, nota 1.)

[2]) De formatione atque notione id genus vocabulorum conferre licet praeter locos Pauckeri iamiam laudandos: Leo Meyer: Vergl. Gramm. der griech. und lat. Sprache, Berolini 1861, II, p. 335 sqq., imprimis p. 342—343. W. Corssen: Krit. Nachtr. zur lat. Formenlehre, Lipsiae 1866, p. 292 sq. — E. Herzog: Untersuchungen über die Bildungsgeschichte der griech. und lat. Sprache, Lipsiae 1871, p. 19 sqq. — Leop. Schroeder: Ueber die formelle Unterscheidung der Redetheile im Griech. u. Lat., mit besonderer Berücksichtigung der Nominalcomposition, Lipsiae 1874, p. 102 sq. — K. Brugmann: Grundriss der vergl. Grammatik der indogermanischen Sprachen, Strassburg 1889, II, 1, § 118, 353 sqq; § 149, p. 431.

[3]) C. v. Paucker: Materialien zur latein. Wörterbildungsgeschichte, Berolini 1884, p. 28 sq. — idem: meletemata lexistorica I, p. 52—65. (cf. II, p. 56.) — idem: Kuhn, Zeitschr. f. vergl. Sprachforschung, 1877 (XXIII), p. 154—156.

[4]) Cf. H. Rassow: de Plauti substantivis, Lipsiae 1881, p. 26—28.

[5]) R. Schubert: l. l. p. 21. — C. Wolff: l. l. p. 17.

Vergilius[1]), Horatius[2]), Catullus[3]), Tibullus[4]), Propertius[5]), cum eadem apud pedestris orationis scriptores, ut e. g. apud Varronem[6]) atque Ciceronem[7]) nec non apud Ovidii fere coaetaneos Vitruvium[8]) atque Livium[9]) essent frequentatissima. Argenteae autem atque aeneae, quas dicunt, aetatis cum prosae tum poëseos apud scriptores permulta id genus vocabula exstant novata, quorum unum ut afferam testem; apud Martialem[10]), et ipsum illum vocabulorum novandorum opificem felicissimum. Iam vero Ovidii ingenio artifici huius generis nomina novicia, quae etiam adiectivorum vice funguntur, attribuenda videntur haece aut primum aut solum apud eum obvia:[11])

commentor: f. III, 785. — alii.

errator: h. IX, 55. — Fest. p. 344 (a), 34. — Deest hoc vocabulum in Forcellinii lexico, qui affert: ‚erratrix' ex Front. de diff. vocab.

munitor: h. V, 139. — Liv., Tac.

orbator: m. XIII, 500[12]). — Marcellin. chron. — cf. ‚orbatrix' apud Dracont. hexaëm. III, 325.

† positor: m. IX, 449; f. II, 2, 63.

---

1) Ladewig: l. l. p. 11.

2) Rothmaler: l. l. p. 7 sq; Zangemeister: l. l. p. 12.

3) Fr. Teuffel: l. l. p. 20 sq.

4) Ibid.: p. 45.

5) Ibid.: p. 51 sq.; W. Schneider: l. l. p. 9.

6) L. Stuenkel: l. l. p. 18 sqq.; A. Mueller: l. l. p. 64.

7) Schaeffer: Ueber den Gebrauch der derivata auf -tor und -trix, Prenzlau, 1859, 1860.

8) H. Ulrich: De Vitruvii copia verborum, part. I., Frankenthal 1883, p. 5.

9) A. Schmidt: Beiträge zur livian. Lexicographie, Baden (Austr.), 1888, p. 5—12.

10) Aem. Stephani: l. l. p. 33—38. — Iuvat praeterea conferre, quae congessit huiusce generis vocabulorum exempla: Henr. Ploen in dissertatione supra laudata p. 25, 42.

11) Conferre iuvat, quae de eiusmodi vocibus Ovidianis adscripserunt: L. Scheibe: l. l. p. 4 sq. — I. Favre: l. l. inde a p. 9—16. — Haud abs re videtur appingere, quod Ladewigius l. l. adnotat, nomina illa verbalia certatim fecisse scriptores Romanos.

12) Duplex erratum corrigendum videtur in lexico a Friderico Polle ad metamorphoses Ovidianas composito sub hac voce, alterum typothetae in versus numero citando ad antecedens vocabulum aberrantis, alterum editoris, qui falso illud nomen ἅπαξ λεγόμενον esse voluit.

repetitor: h. VIII, 19, sensu proprio usurpatum pro eo, qui [coniugem ademptam] repetit[1]). — transl. sensu exstat apud Isidor. X, 235.

* repostor: f. II, 63.

spretor: m. VIII, 613. — alii.

superator: m. IV, 699; f. I, 641; Firm. math. V, 5. — cf. ‚superatrix‘: Fabrett. inscr. p. 383. no. 209.

vaticinator: ex P. I, 1, 42; — alii. — cf. ‚vaticinatrix‘ Serv. Verg. ecl. IX, 13; Aen. III, 443. — mythogr. lat. I, 96; III, 3, 9.

venerator: ex P. II, 2, 1. — Arnob. VII, 31; Augustin. conf. VIII, 2.

* vulgator: am. III, 7, 51.

Accedant ad masculina in -tor hoc loco haece novata ab Ovidio

feminina in -trix[2]).

† iaculatrix: h. XIX, 229; m. V, 375; f. II, 155; cf. masc. in -tor ab Horatio novatum.

* novatrix: m. XV, 252.

ornatrix: am. I, 14, 16; art. III, 239. — alii.

b) in -tus cadentia.[3])

Substantiva verbalia sive nomina actionis suffixi -tus ope formata inde ab Ennii aetate ab elatioris generis poëtis, tragicis imprimis epicisque, pro illis altera terminatione -tio formatis usurpata esse numerorum computatione addita recte docuit Ploenius l. l. p. 28—29; 43—44. Quadrabant praeterea substantiva illa abstracta omni generi litterarum didactico, ut sunt e. g. inter delicias et Lucretio Caro[4]) et M. Terentio Varroni[5]), qui eis veriloquii causa usus est frequentissimis magnam partem ab ipso confictis. Poëtis dactylicis illa non minus metri causa fuisse

---

[1]) Locum illum Ovidianum imitatus videtur esse poëta anthologiae lat. no. 957 (Meyer): ‚nec minus hoc valuit repetitor coniugis Orpheus‘, ubi pro ‚repetitor‘ Riese in sua anthol. editione no. 114 exarandum curavit: ‚reparator‘.

[2]) Brugmann: l. l. p. 316.

[3]) Idem: ibid. § 108, p. 304—309.

[4]) Cf. Schubert: l. l. p. 19—21; Wolff: l. l. p. 24—27.

[5]) Cf. Stuenkel: l. l. p. 15—18; Mueller: l. l. p. 64.

adamatissima manifestum est. — Apud Ovidium igitur eius generis haece occurrunt novata[1]):

contemplatus: tr. V, 7, 66. — Translate usurpavit idem vocabulum Macrob. somn. Scip. I, 1, 5.

* electus: h. II, 144.

* erratus: m. IV, 567.

iactatus: m. VI, 703. — alii.

* medicatus: XII, 165. (cf. medicatio, medicina, medicamen, medicamentum.)

* narratus: m. V, 499.

occursus: m. XIV, 256; XV, 523. — alii.

positus: art. III, 151; med. 19; m. II, 412; sensu proprio adhibitum, ad cultum muliebrem spectans. — cf. Sall. frg. II, 1, 1.

* praemonitus: m. XV, 800.

suspiratus: m. XIV, 129. — cf. apud Plaut., Cic., Liv. = suspiritus.

2. Feminina

in -tas, -tudo, -tura exeuntia.[2])

Substantivorum feminini generis suffixorum -tas, -tudo, -tura ope formatorum Ovidius, quoad vidimus, exstitit fabricator parcissimus. Quod mirum non videbitur reputanti, substantiva illa, quibus abstracta, quam dicunt, notio inesse solet, sublimiori potissimum generi dicendi esse accomodata, quippe quibus tragici imprimis poëtae orationi granditatem afferre soleant atque maiestatem. Accedit quod nominum illorum casus praesertim obliqui saepenumero respuuntur metro dactylico. Pauciores igitur occurrunt illae formationes — Lucretium si exceperis[3]) — apud epicos,

---

[1]) Disputaverunt de huius generis vocc. Ovid.: Koene: l. l. p. 196. — Scheibe: l. l. p. 3. — Favre: l. l. p. 27—29. Liceat nobis hoc loco praemonere, non unaquaque huius scriptionis in parte omnes locos appingere esse in animo, quibus de unoquoque verborum genere in libellis supra allatis disputatum est, cum facili negotio illi inveniri possint.

[2]) Totam, ut ita dicam, huius formationis materiam ex litteris Latinis congestam proposuit atque tractavit C. de Paucker in Kuhnii annal. t. XXIII (1877) p. 138 sqq. — De iis, quae id genus apud antiquioris aetatis poëtas sunt obvia, disputavit H. Ploen: l. l. p. 20 sqq., 26 sqq., 38 sqq. — cf. Brugmann: l. l. § 80, p. 224 sqq.; § 157, p. 442 sqq.

[3]) Cf. Schubert: l. l. p. 22; Wolff: l. l. p. 22.

paucissimae apud lyricos[1]), inter quos nil mirum apud Ovidium, tenerorum scilicet illum lusorem amorum[2]). Contra serioris argumenti scriptoribus, quaestiones ad litteras artemque spectantes tractantibus, ut Varroni grammatico[3]) vel Vitruvio architecto[4]), christianae nimirum imprimis doctrinae philosophis, quorum Tertullianum[5]) nominasse satis habeo, inexhaustam fere subnasci oportuit harum formationum copiam atque multitudinem. — Atque Ovidiana quidem haec inveni[6]).

a) in -tas conformata.

garrulitas: m. V, 678, quod imitati sunt posterioris aetatis scriptores.

proximitas: art. II, 662; m. X, 340; XIII, 154. [In Nuce Pseudo-Ovidiana 56.] Haec vox communis est Ovidio cum Vitruvio: 56, 13,[4]) cuius de architectura libri viginti fere annis ante Ovidium relegatum in lucem prodierunt.

rusticitas: h. XVI, 186; XIX, 59; am. I, 8, 44; art. I, 672, III, 128. — imitati sunt posteriores.

b) in -tudo exeuntia haec duo

assuetudo: m. X, 173; tr. I, 6, 27;

desuetudo: m. XIV, 436; tr. V, 7, 57; utrum Ovidio an potius Livio, eius fere aequali, adscribenda videantur, dubites.

c) Item **unum in -tura cadens**

curvatura: m. II, 108, Ovidio cum Vitruvio 61, 8, saepius, est commune.

3. Neutra.

a) in -men cadentia.

Substantiva -men suffixi ope formata, quorum satis ampla apud Ovidium exstat copia, poëtae in deliciis fuisse videntur, non

---

[1]) Cf. Paucker: l. l. p. 153: „Dichterwerke sind für nomina abstracta dieser Art keine ergiebigen Fundstätten."

[2]) Ovid. tr. III, 3, 73; IV, 10, 1.

[3]) Cf. Stuenkel: l. l. p. 23 sqq. — Mueller: l. l. p. 65.

[4]) Ulrich: l. l. p. 15 sq.

[5]) Cf. Paucker: Kuhnii annal. t. XXIII, 152. — Hauschild: Die Grundsätze und Mittel der Wortbildung bei Tertullian, Lipsiae 1876, p. 30.

[6]) Scheibe: l. l. p. 5. — I. Favre: l. l. p. 23 sqq.

solum rationibus metricis quia facillime satisfaciunt, [1]) sed etiam quod iucunditate levitateque sonandi auribus blandiuntur. [2]) Atque secundum Ploenii [3]) quidem ratiocinationem exemplorum antiquiore in poësi obversantium, quae nobis in Augusteae quoque aetatis poëtas epicos imprimis quadrare videtur, vocabula illa in -men terminata elatioris potissimum generis dicendi propria fuisse videntur, cum pleniorem in terminationem alteram, quae est -mentum, desinentia demissiori orationi comicorum atque satiricorum magis placerent. De origine autem atque aetate illorum -men et -mentum suffixorum, quae adhuc est inter viros grammaticos dissensionem [4]) nunc quidem ut in medio relinquamus, iam exempla eius generis apud Ovidium aut primum aut solum obvia proponemus [5]):

caelamen: m. XIII, 291. — Apul.

culmen (fabae): f. IV. 734, ea notione, quae alias inest in altera forma: culmus, f. IV, 919 = κάλαμος, halm. — Forcell. in lex.: ‚haec fortasse est prima ac germana vocis significatio, ex qua aliae descendunt per metonymiam aut metaphoram.' — De etymo vocabuli conferre licet Corssen: Vocalismus² I, 516; II, 159 sq. — Bordellé: l. l. p. 7. — De aliis substantivi formis: columen etc. vide: Koene: l. l. p. 116 sq. — ‚columen' apud Ovid. exstat e. g.: m. I, 289, 295. — al.

---

[1]) Koene: l. l. p. 116, 205 sq. — R. A. H. Stern: Grundriss einer Grammatik zu latein. Dichtern, Arnsberg 1851, p. 65.

[2]) Favre: l. l. p. 22. — Bordellé: De linguae latinae nominibus -men et -mento suffixorum ope formatis, Gross-Glogau 1879, p. 5.

[3]) Ploen: l. l. p. 27 sq., 42 sq.

[4]) W. Corssen: Krit. Beitr. zur lat. Formenlehre, 1863, p. 552 sq. — idem: Kr. Nachträge, 1866, p. 124—131. — Leo Meyer: Vergl. Gramm., II, 261 sqq., imprimis 266 sqq. Corsseni sententiam amplexus est: Ladewig: l. l. p. 11. — In medio quaestionem reliquit: Leop. Schroeder: l. l. p. 117. — L. Stuenkel: l. l. p. 32 sq. quaestionem illam de vetustate suffixorum vix diiudicari posse censet. — Brugmann: l. l. § 82, p. 234 sqq., § 117, p. 343 sqq., imprimis 349 sq.

[5]) Egerunt de huiusmodi formationibus: L. Scheibe: l. l. p. 3. — I. Favre: l. l. p. 16 sqq. — Reliquorum scriptorum de eius generis nominibus adeas si placet locos laudatos. — De collocatione horum substantivorum apud Ovidium in quinto pede versus usitatissima conferre licet: Zingerle: Ovid und sein Verhältniss etc. I, 16—18; II, 113; III, 31. — Eschenburg: Wie hat Ovid einzelne Wörter und Wortclassen im Verse verwandt? Lübeck 1886, p. 14—16.

curvamen: m. II, 130; III, 66; VI, 64; VII, 227; saepius.
* firmamen: m. X, 491.
* fulcimen: f. VI, 269.
† imitamen: m. IV, 445; XI, 626; XV, 200; f. IV, 211.
irritamen: m. IX, 133; XII, 103; XIII, 434. — Prud. ham. 523. — (cf. irritamentum: m. I, 140.)
moderamen: m. II, 48, 67; III, 644; VI, 677; XIII, 362; XV, 726. — cod. Theod. XI, 30, 64.
* nutrimen: m. XV, 354.
oblectamen: m. IX, 342; Stat. silv. III, 5, 95.
* oblenimen (?): m. XI, 412, quo de loco legendo ambigunt viri docti: ‚oblectamina' exhibet Merkel.
† piamen: f. II, 19, 32; III, 333.
purgamen: m. XI, 409; XV, 327; f. II, 23, 35; VI, 227, 713. — Prud. cath. VII, 80.
* remoramen: m. III, 567.
* renovamen: m. VIII, 729.
† respiramen: m. II, 828; XII, 142.
† revocamen: h. XIII, 135; m. II, 596; f. I, 561.
simulamen: m. X, 727. — Auson. Mos. 228. — Gell. XV, 22: simulamentum.
† suffimen: f. IV, 731, 733. — Cic.: suffimentum.
† temptamen: m. III, 341; VII, 734; XIII, 19. — cf. m. VII, 728; XV, 629: temptamentum.

Iam accedant tria substantiva

b) in -etum [1]) terminata,

quae nisi Ovidius ipse confinxit, tamen partim primus, partim solus adhibuisse videtur. Significant autem illa περιεκτικά, quae graece dicuntur, ut Bordelleii verbis utar, non tam locum quendam, in quo plantae vel arbores, quae stirpe vocabuli indicantur, crescunt, quam ipsas illas plantas collectivo nomine quasi quoddam unum idque perfectum expressas [2]). Sunt autem haece Ovidiana:

[1]) Leo Meyer: Gr. comp. II, 520 sq. — Deecke: facere und fieri in ihrer Composition mit anderen Verbis, Argentorati 1873, p. 43. — L. Schroeder: Form. Unterscheidung etc. p. 141. — Brugmann: l. l. § 79, p. 218; § 151, p. 434.

[2]) Bordellé: De linguae latinae adiectivis suffixo -to a nominibus derivatis, Duesseldorfiae 1873, p. 54 sqq. — cf. Rothmaler: l. l. p. 14. — Stuenkel: l. l. p. 34.

* coryletum: f. II, 587.
pinetum: h. XV, 107; m. I, 217; XV, 604; f. II, 275; IV, 273.
rubetum: m. I, 105; f. IV, 509; — alii.
Agmen claudant necesse est

c) neutra quaedam singularia.

commilitium: ex P. II, 5, 72. — Tac., Vell., al.
* genualia, ium: m. X, 593, ab Ovidio fortasse ad exemplum ‚crinale,‘ quod exstat m. V, 53 quodque iam adhibuit Vergilius, incusum; significat autem Ovidius hoc nomine περισκελίδας, quas inter Romanos primus commemorat Horatius ep. I, 17, 56, pro quo vocabulum alterum: περισκέλιον adhibuit Tert. cult. fem. II, 13. — gloss. Labb.: περισκελίδες feminalia. — cf. Weise l. l. p. 189, 487. — Saalf. 850.
* triennia: m. IX, 642 = sacra trieterica, quae ipse dicit Ovidius: r. 593.
scriptulum: art. III, 364; subst. dem.[1]) Aethic. Cosm. 58, p. 36.

b. Adiectiva.

a) in suffixum -eus exeuntia,

materialia quae dicuntur,[2])
quorum synonyma in -inus, -ius, -nus formantur.

aesculeus, a, um: m. I, 449; VIII, 410. — Pall. I, 9, 2. (conferre licet: aesculinus, aesculnius.)
anguineus: tr. IV, 7, 12. — Col. — (cf. anguifer, anguicoma, anguigena, anguipes apud eundem Ovidium obvia.)
* bitumineus: m. XV, 350.
flumineus: am. I, 3, 22; h. VIII, 67; m. II, 253; XIV, 599; XV, 565. ex P. IV, 7, 27; f. II, 46, 596; V, 519.
* papavereus: f. IV, 438.
* pruniceus: m. XII, 272. (deest ap. Pauckerum.)
spineus: m. II, 789. — posteriores.
* turbineus: m. VIII, 556.

Addere iuvat, quae supra e Graeco desumta enumeravimus: adamanteus, nectareus, quaeque attulimus adiectiva possessiva

---

[1]) G. Müller: De linguae latinae deminutivis, Lipsiae 1865, p. 3. — Paucker: Die lat. diminutiva auf -ulus, -ula, -ulum, Mitaviae 1876, p. 14.

[2]) Disputavit de huius generis adiectivis enumeravitque maximam partem eorum, qui exstant, C. Paucker: Materialien: p. 105—110; unum: ‚pruniceus‘ vir ille doctissimus omisit.

a nominibus propriis eodem suffixo formata: Apollineus, Cupidineus, Gorgoneus, alia, de quibus videas praeterea: Paucker l. l. p. 106, n. 11 et I. Favre l. l. p. 66.

b) in -ius suffixum desinens[1])

apud Ovidium unum tantum inveni novum, quod apud eum saepius occurrit:

pastorius, a, um: m. II, 680; XIII, 785; f. IV, 723. — Flor. — Exstat apud eundem forma adiectivi: pastoralis, e, f. II, 365, quae item ut ‚pastoricius' iam apud Varronem legitur.

c) suffixi -uus ope formatum[2])

Ovidius unum tantum adiectivum simplex novavisse videtur, a stirpe verbali illud derivatum:

nocuus: hal. 130, quo de adiectivo disseruit Ovidioque abiudicavit Theodorus Birt in libello, quem de Halieuticis Ovidio poëtae falso adscriptis composuit, Berolini 1878, pag. 34. — Occurrit idem apud Scribon. 114.

Iam vero hoc loco addere liceat adiectiva composita eodem suffixo terminata, ne nimio spatio ab illo removeantur, haece:

incaeduus: am. III, 1, 1; f. I, 243; II, 435. — Serv. ad Verg., Stat.

occiduus: m. I, 63; XIV, 416; XV, 227; f. I, 314; IV, 382; V, 558. — alii.

succiduus: h. XIII, 24; m. X, 458. — alii.

d) in -icus terminationem finitum

e substantivi stirpe derivatum unum occurrit:

aquaticus: ep. S. (XV.) 159, de quo adiectivo ab Ovidio ficto conferre iuvat: de Vries: l. l. p. 96. Exstat idem: m. II, 853; IX, 341; X, 96; ex P. II, 3, 89. — Plin., Solin.

Accedunt praeterea adiectiva a nominibus propriis in -icus derivata, quorum exempla quaedam supra adscripsimus.

e) in -idus exeuntia:

albidus: m. III, 74. — Col., Plin.

evanidus: r. 653; m. V, 435; idem Vitruvius; tum Seneca.

* fremidus: m. V, 2.

Accedat compositum:

* insolidus: m. XV, 203.

---

[1]) Patronymica atque ethnica id genus vide supra.

[2]) Egit de huius generis adiectivis Paucker: l. l. p. 125—128.

f) in -anus exiens

unum tantum apud Ovidium occurrit novatum:

fontanus: art. III, 726; m. XIV, 327. — idem postea exstat apud Celsum, alios.

Complures praeterea enumeravimus supra patronymica in -anus formata.

g) in -īnus exiens:

fraxinus: h. XI, 76 = fraxineus: m. XII, 369; V, 9; ut ‚caerulus' poëtice pro altero ‚caeruleus'; cf. Loers: ad h. XI, 76; XVIII, 2.[1])

h) Item in -ulus

unicum tantum obvium est apud Ovidium adiectivum novatum: umidulus: art. III, 629,[2]) quod deminutivum solus imitatus est Auson. ep. 106, 4. Est sane quod mireris, non plura id genus occurrere apud Ovidium, cum septingenta fere quinquaginta huiusmodi inveniri in lingua latina adnotet Ludovicus Schwabe in libello nitidissimo, quem de deminutivis graecis et latinis composuit, Gissae 1859, p. 33, 34.

i) adiectiva in -osus exeuntia.[3])

Agmen horum adiectivorum ducat:

* digitosus, a, um: m. XI, 83, quod Pollius restituit e coniectura sane illa felicissima; idem enim hoc adiectivum sibi velle adnotat vir ille doctissimus, quod graecum *πολυδάκτυλος*. Desideratur autem haec forma inter adiectiva et a Pauckero et a Schoenwerthio-Weymanno locis infra appictis collecta.

fruticosus: h. II, 121; m. VI, 344. — Plin. — (frutectosus occurrit apud Colum.)

* iugosus: am. I, 9 = her. IV, 85; apud Vergilium exstat: clivosus.

iuncosus: m. VII, 231; Plin.

---

[1]) Cf. F. Skutsch: De nominibus latinis suffixi -no ope formatis observationes variae, Vratislaviae 1890, p. 31 nota.

[2]) Cf. C. v. Paucker: Die lat. Deminutive auf einfaches -ulus, -ula, -ulum, p. 8.

[3]) Disputaverunt de id genus adiectivis exemplaque attulerunt: C. Paucker: l. l. p. 72—92; Schoenwerth et Weymann in Woelfflini ephem. lex. V, p. 192—222; F. Stolz: ibidem p. 368; Ploen: l. l. p. 55; W. Zingerle: Untersuchungen zur Echtheitsfrage von Ovids Heroiden, 1878, p. 70, nota[1]). Brugmann: l. l. § 127, p. 379—382,

lucrosus: am. X, 35; tr. II, 507. — Tac., al.[1]).

prodigiosus: am. III, 6, 17; m. IX, 727; XIII, 968. — (Quintilian. — ‚prodigialiter' apud Horat.)

pruinosus: am. I, 6, 65; II, 19, 22; m. IV, 82; V, 443; ex P. I, 2, 56. — alii.

ruinosus: h. I, 56: notione passiva, cum idem occurrat apud Ciceronem de off. III, 13; Sen. de ira III, 35, eo sensu, ut id, quod ruinam minatur, significet; scite adnotat ad locum Ovidianum W. Terpstra hoc loco ‚ruinosus' idem sibi velle quod Gallicum ‚ruiné', apud Ciceronem (et Senecam) id, quod Gallice ‚ruineux'[2]).

torosus: m. VII, 429; Col., Plin., al. — Claudat iam agmen adiect. compositum:

* inambitiosus: m. XI, 765.

k) adiectiva denominativa in -(a)lis et -(a)ris exeuntia.[3])

coniugialis, e: m. V, 3; VI, 536; XI, 743; hoc adiect. hic afferendum videtur, quamquam hac forma ‚coniugalis' iam exstat apud Varronem de vita p. R. II, 18, qua de re conferas velim L. Stuenkel l. l. p. 42; — simplex ‚iugalis' ipse adhibuit Ovidius saepissime, e. g. m. V, 661.

cōnŭbĭālis: h. VI, 41; imitati sunt posterioris aetatis poëtae, ut Claudianus, al.; iam apud Vergilium ‚cōnŭbĭō' iungam — prima syllaba producta — legitur.

exsequialis: m. XIV, 430; imitatus est Statius; conferas velim notas, quas ad locum Ovid. addiderunt in editionibus suis Bachius, Loersius, Magnus.

---

[1]) De ‚nivosus': h. XII, 27; m. V, 313; tr. V, 3, 21: haesites, cum idem exstet apud Livium V, 13, 1; XXI, 58, 8, ubi Woelfflinus adnotat fortasse e Coelio illud deprompsisse historicum; conferas rogo: Ad. Schmidt: Beiträge zur livian. Lexicographie, Badenae Austriacorum 1888, p. 14. — quod idem cadit in: ‚procellosus' h. II, 11; am. II, 6, 43. — Liv. XXVIII, 6, 10; XL, 2, 1; cf. l. l. p. 15.

[2]) Pro salebrosus, quod antea legebatur h. IV, 103: editores iam legunt ‚latebrosus' (Ehwald, Riese), quod iam apud Plaut., Verg., Cic. obvium est.

[3]) De huius generis adiectivis conferre licet: R. A. H. Stern: l. l. p. 67. — Leo Meyer: Vgl. Gr. I, 278; II, 575. — C. Paucker: Die nomina derivata auf -alis (aris) und -arius, in K. Z. XXVII, p. 113—156. — L. Stuenkel: De Varroniana verborum form., p. 40. — Ploen: l. l. p. 47, 48, 55. — Brugmann: l. l. § 98, p. 273 sqq.

Fornacalis: f. VI, 314; exstat etiam apud Plin.

* Ianalis: f. VI, 165. (cf. Varro de l. l. V, 34, 165: Ianualis.)

* Iunonalis: f. VI, 63. (cf. * Iunonicola: f. VI, 49; * Iunonigena: m. IV, 173.) formam: Iunonius iam adhibuit Vergilius.

iuvenalis, e: m. I, 564, saepissime; hanc formam adiectivi pro altera ‚iuvenilis' Ovidio amatissimam fuisse nunc fere consentiunt viri docti.

maritalis: art. II, 258. — Col., Lact.

pacalis, e: m. VI, 101; XV, 591; f. I, 719; conferas Peteri ad hunc locum notam.

puellaris, e: m. V, 393; X, 594; f. IV, 433, 463. Quintil., Plin.

† sepulcralis: h. II, 120; m. VIII, 480.

† Vacunalis: f. VI, 308. (Preller-Iordan: röm. Myth. I^{3}, 409.)

l) Adiectiva verbalia in -(b)ilis, -(t)ilis exeuntia.[1])

Huius generis adiectiva cum activa tum passiva notione praedita Ovidium, quippe quae facillime metri rationibus satisfacerent, in deliciis habuisse haec series eorum, quae primum apud eum occurrunt, demonstret:

* adapertilis: tr. III, 11, 45. (Cf. E. Leutsch in Erschiana encycl. l. l. p. 87.)

* agitabilis: m. I, 75. (sensu passivo.)

dubitabilis: m. I, 223; XIII, 21; sensu pass., apud Prudent. sensu act. exstat.

evitabilis: m. VI, 234; Sen. nat. quaestt. II, 50, 2.

excusabilis: ex P. I, 7, 47 (sensu pass.); alii.

exitiabilis: m. VI, 257; VIII, 425; Liv. XXIX, 17; XXX, 7.

forabilis: m. XII, 170. (sensu pass.)

formidabilis: m. II, 174, 857; XIV, 116 (sensu pass.); alii.

iaculabilis: m. VII, 680. (sensu pass.) Polle falso ut ἅπ. εἰρ. insignivit, cf. Stat. Theb. VI, 658.

---

[1]) Leo Meyer: Vgl. Gr. II, 237 sqq. — Paucker: Die Verbaladiective auf -bilis, Materialien 46—71. — Polle: Ueb. die Adiect. auf -ilis in Fleckeis. ann. 1878, p. 638 sqq. — Corssen: Krit. Beitr., p. 364 sqq. — Stuenkel: l. l. p. 39. — Ploen: l. l. p. 49 sq. — A. Zingerle: Ovid u. sein Verhältniss etc., I, 14 sq., II, 112, III, 30. — de Vries: Epist. Sapphus, p. 70. — Eschenburg: Wie hat Ovid etc., 1886, p. 13 sq. — Fr. Hanssen: Die Aktivbedeutung der adiectiva auf -bilis im archaischen Latein, Philologus n. F. I, 274 sqq. — Brugmann: l. l. § 77, p. 202.

inconsolabilis: m. V, 426. — Amm. 29, 2, 14; alii.

† indelebilis: m. XV, 876; ex P. II, 8, 25.

inexpugnabilis: m. V, 486; XI, 767; Liv.

inevitabilis: m. III, 301; Sen., Tac.

infragilis: tr. I, 5, 53; ad Liv. 354. Plin., Sen.

* innabilis: m. I, 16. De notione activa huius et alterius adiectivi illius ‚instabilis', quo iam Pacuvius usus erat, conferas, quae disputavit C. Nauck in Woelfflini eph. lex. II, 134 [1]).

* insatiabilis: Ib. 172; (cf. de collocatione eiusmodi adiectivorum in versu: Eichner: Bemerkungen e. q. s., p. 13; de Vries: epist. Sapph. p. 70.)

medicabilis: 1) sensu passivo: h. V, 149 = sanabilis, quod adhibuit poëta m. I, 523; ex P. II, 2, 59. (Eodem hexametri loco adiectivum illud occurrit r. a. 135: ‚medicabilis arti' et ex P. I, 3, 25: ‚medicabilis arte'; cf. A. Zingerle: l. l. I, p. 72 [2]). — Haud abs re esse videtur addere, locum illum imitatum esse Sil. X, 416: ‚et non medicabile volnus', quae verba ipsa respondent illis Ovidianis: m. I, 190; II, 825; X, 189, ubi adhibuit ille compositum ‚immedicabilis', quod novavit Vergil. Aen. XII, 858, cf. Ladewig l. l. p. 12.) — 2) sensu activo = medicinalis: apud Pallad. II, 15; Val. Fl. IV, 87. — Pall. III, 31: medicabiliter.

* mercabilis: (sensu pass.) am. I, 10, 21.

* moderabilis: (sensu pass.) am. I, 6, 59.

* narrabilis: (sensu pass.) ex P. II, 2, 61; ‚enarrabilis' adiectivum novavit Verg. Aen. VIII, 625; ‚innarrabilis' adhibuit Lact. de Phoen. 54; ‚inenarrabilis' exstat apud Liv., Sen., Lact; — cf. Gloss. Lat. Gr. narrabile = εὐδιηγητόν.

* piabilis: f. III, 289; conferre iuvat ibid. 311: fulmen, quod piari possit. — gr. καθάρσιον.

* populabilis: m. IX, 262.

reparabilis: h. V, 103; m. I, 379; Auson., Val. Fl., alii; Vergil. Georg. III, 284 novavit: ‚inreparabilis'.

resonabilis: m. III, 358; Auson. epigr. 99, 1.

revocabilis: m. VI, 264. — Val. Fl.

* revolubilis: Ib. 191.

---

[1]) Cf. R. Ehwald: Burs. nunt. annal. XLIII. (1885. II.) p. 210.

[2]) Similitudinem, quae inter locos illos Ovidianos intercedit, neglexisse videtur A. Lueneburg: De Ovidio sui imitatore, Ienae 1888.

sculptilis: ex P. IV, 9, 28; alii.

* servabilis: tr. IV, 5, 21; cf. Loersii adnotationem.

sonabilis: m. IX, 784. — cf. supra: ‚resonabilis'.

* tinctilis: tr. III, 10, 64 (cf. ibid. IV, 1, 77 et 84).

vitabilis: ex P. IV, 14, 31; Arnob. V, no. 13. — (confer supra: ‚evitabilis', ‚inevitabilis'.)

Claudant agmen tertiae declinationis adiectivorum ab Ovidio novatorum haece

m) in -ax terminata. [1])

* expugnax: m. XIV, 21. — Haud abs re videtur esse adscribere Loersii ad hunc locum adnotationem: ‚varietas lectionum, inquit, originem suam a grammaticis habere videtur, qui Nasonem ita nova verba, imprimis composita a simplicibus saepe formare ignorarent'. — conferre iuvat verbum ‚expugnare': m. IX, 619. —

vigilax: m. II, 779. — Col.

Ad postremum adnotare liceat, Pauckerum in serie huius generis adiectivorum infra laudata suspicari adiectivum ‚ventisonax' ex Anth. Lat. 682 petitum fortasse Ovidianum esse.

B. Composita.

a. Substantiva.

Iam ad nomina composita transeuntibus nobis liceat proponere et substantivorum et adiectivorum vice fungentia illa,

a) quae e stirpe substantivi et verborum colendi et gignendi radice sunt conficta. [2])

α) in -cola exeuntia:

* amnicola: m. X, 96.

* Iunonicola: f. VI, 49.

---

[1]) C. Paucker: Materialien etc. p. 45. — cf. Brugmann: l. l. § 89, p. 257.

[2]) P. Uhdolph: De linguae latinae vocabulis compositis, Vratislaviae 1868, p. 28. — F. Seitz: De adiectivis poëtarum latinorum compositis, Bonnae 1878. — L. Schroeder: Form. Unterscheidung der Redetheile im Griech. u. Lat., Lipsiae 1874, p. 289. — Fr. Stolz: Die lat. Nominalcomposition, Oeniponti 1877, p. 65, 66. — G. Meyer: In Curt. Stud. tom. V, p. 41—61 et tom. VI, 247 sqq. — Haud abs re videtur esse adnotare, nomina huius generis a nullo viro docto, qui de iis egerunt, omnia exstare collecta.

* Lemnicola: m. II, 757. — (Cf. h. VI, 52: Lemniades.)
Marticola: tr. V, 3, 22; ex P. IV, 14, 14.
* monticola: m. I, 193.
ruricola: m. V, 479; VI, 392; XI, 91; XV, 124; — alii.

β) in -gena terminata:[1])

Apenninigena: m. XV, 432; Claud. VI. cons. Hon. 505. — (Cf. Verg. Aen. XI, 700: Apenninicola.)
* anguigena: m. III, 531.
aurigena: m. V, 250; Sidon. carm. VI, 14.
draconigena: f. III, 865 (cf. δρακοντογενής.) Sidon. carm. II, 8.
Faunigena: m. XIV, 449; Sil. V, 7; VIII, 357.
* Ianigena: m. XIV, 381.
* ignigena: m. IV, 12.
* Iunonigena: m. IV, 173.
* Latonigena: m. VI, 160. (Conferas velim reliquas formas a Latonis nomine derivatas, quas supra adscripsimus.)
Martigena: am. III, 4, 39; f. I, 199; Sil. XVI, 533.
* rurigena: m. VII, 765.
* serpentigena: m. VII, 212.
Ad quae iam accedant

b) ex praepositione et substantivi stirpe composita.

Singulare quoddam in -nuba conformatum:
* subnuba: h. VI, 153; ad exemplum ‚pronuba, innuba‘ incusum, cf. Heinsii atque Ruhnkenii ad hunc locum notas.
Alterius autem declinationis exstat:
prosocer: h. III, 74; Pl. ep., al.[2]).
Eiusdem formationis quartae, quam dicunt, declinationis apud Ovidium occurrit novicium:
pronurus: h. XVI, 206; Paul. ex Fest.; Iur.[3]).

---

[1]) Cf. R. A. H. Stern: l. l. p. 67.
[2]) provir vocabulum, quod antea legebatur a Merkelio: art. III, 20 nunc iam remotum est ab Ehwaldio; aliam lectionem exhibet Riese; confer eius adn. crit.
[3]) Vitus Loers ad hunc locum: ‚pronurus et prosocer vocabula Ovidius videtur novasse.‘

b. Adiectiva.

a) Ea, quorum pars posterior prae se fert formam substantivi, pars prior substantivi vel adiectivi stirpem.[1])

Alterius declinationis obvium est unum:

anguicomus[2]): m. IV, 698. — Stat. Theb. I, 544. Quod adiectivum recte Iulius Favre l. l. p. 94 adnotat Ovidium ad exemplar Lucretii, qui II, 536 habet: ‚anguimanus', VI, 152: ‚lauricomus', et Vergilii Aen. VI, 141: ‚auricomus' incusisse.

Tertiae declinationis habes haec:

aënipes[3]): h. VI, 32. (Verg. Aen. VI, 802 novavit: aëripes, quod adhibuit Ovidius h. XII, 93; m. VII, 105; Ovidium imitatus est Prudent. 1. adv. Symm. 351.)

anguipes: m. I, 184; Manil. IV, 581; Pacat. paneg. 44.

* flexipes: m. X, 99. (Cf. Serv. ad Verg. ecl. IV, 19.)

ignipes: m. II, 392. — alii.

* serpentipes: tr. IV, 7, 17.

b) Ea, quorum pars posterior substantivi, pars prior particulae ope formatur.[4])

* dissors: am. II, 12, 11; ad exemplum ‚consors' excusum; Gloss.: dissortes: διακληρωθέντες.

* infrons: ex P. IV, 10, 31.[5])

* insopor: h. XII, 101.[6]) (Cf. insomnis[7]), m. IX, 190, quod iam legitur apud Vergilium.)

pernox: m. VII, 268. — Liv., Plin., Apul., al.

---

[1]) Quorum nominum compositorum ex duorum vel plurium nominum stirpibus coalescentium amplissimum patere campum in lingua Graeca, angustiorem in lingua Latina ipse docet Quintilianus inst. or. I, 5, 70. (Cf. Fr. Stolz: l. l. p. 10, 53.)

[2]) Cf. G. Meyer in Curt. Stud. VI, 247.

[3]) Fr. Stolz: l. l. p. 57. — Eugen Lehmann: De adiectivis compositis, quorum priore parte particula continetur apud Catullum, Tibullum, Propertium, Vergilium, Ovidium, Horatium occurrentibus, Regimonti 1867, p. 29, [1]). — Schroeder: l. l. p. 519.

[4]) Eug. Lehmann: l. l. p. 6, 32. — [5]) Ibid. p. 31, 43.

[6]) O. Schütte in Woelffl. eph. lex. VI, 565. — (Cf. I. Tolkiehn: l. l. p. 88.)

[7]) Stolz: l. l. p. 7.

pervigil: m. VII, 149; X, 369;[1]) — alii. — apud Apul. met. XI, 26: pervigilis[2]).

c) Adiectiva ex substantivi stirpe et verbi radice composita.[3])

α) in -us exeuntia.

* faticanus: m. IX, 418.
* faticinus: m. XV, 436.
vaticinus: m. II, 640. (vaticinans: ex P. II, 1, 62. — vaticinius: Liv. XXV, 1, 12; XXXIX, 16, 8.)
portentificus: m. XIV, 55. — Lact.
saxificus: m. V, 217; Ib. 553; — Sen. poët.
* florilegus: m. XV, 366.
* frugilegus: m. VII, 624.
* turilegus: f. IV, 569.[4])
magniloquus: m. VIII, 396; posteriores.
† gemelliparus: m. VI, 315; f. V, 542 = διδυματόκος, ον.
* luctisonus: m. I, 732.

β) verbi radicis, quae est ‚fer' ope conformata,[5])

quae aeque atque illa cum ‚ger' radice ad exemplum graecorum in -φόρος incusa suo iure poëtis epicis acceptissima fuisse adnotat Ploenius. Atque Ovidio quidem haec tribuenda videntur novicia:

* aerifer: f. III, 740. (Cf. F. Seitz in Woelfflini eph. lex. VI, p. 292.)

* alifer: f. IV, 562. (Cf. Favre l. l. p. 86. — Rothmaler

---

[1]) Lud. Tobler: Ueb. die Wortzusammensetzung nebst einem Anhang über die verstärkenden Zusammensetzungen, Berolini 1868, p. 108.

[2]) Cf. H. Koziol: Der Stil des L. Apuleius, Vindobonae 1872, p. 304.

[3]) Cf. L. Schroeder: Formale Unterscheidung etc., p. 288 sq. — P. Uhdolph: De linguae lat. vocabulis compositis, Vratislaviae 1868, p. 10 sqq., 82 sq. — Fr. Stolz: Lat. Nominalcomposition, Oeniponti 1877, p. 64 sqq. — W. Wilbertz: De adiectivis poëtarum latin. usque ad Catullum compositis, Marburgi 1884, p. 23 sqq.

[4]) Cf. Seitz: De fixis poëtarum latinorum epithetis, Elberfeldae 1890, p. 28.

[5]) Disputaverunt de hisce adiectivis: B. Deipser: Ueb. die Bildung und Bedeutung der lat. Adiect. auf fer und ger, Bromberg 1886. — Ploen: l. l. p. 60—63. — Paucker: Meletemata lexist. alt. parte 1, p. 3. — Fr. Seitz: In diss. supra laudata, p. 19 sq. et 23—26; addidit idem quaedam prius ab ipso et Draegero omissa in Woelffl. lex. eph. VI, 292.

l. l. p. 27); apud alios scriptores saepius occurrere hanc formam ‚aliger' adnotat Deipser l. l. p. 10, 23.

armifer: am. II, 6, 35; m. IX, 645; XIV, 475; f. III, 681; VI, 421. — De altera forma in -ger exeunte conferre licet eundem Deipserum p. 18, cuius opinionem ut perversam refutavit Fr. Seitzius in prog. supra laudato, p. 12 et 22.

* arundifer: f. V, 637; de hoc adi. ἅπ. εἰρ. conferas Ladevigium l. l. p. 13; Deipserum p. 26; Seitzium in Woelfflini eph. lex. l. l.

bacifer: am. II, 16, 8; imitati sunt posteriores poëtae.

† bipennifer: m. IV, 22; VIII, 391; tr. V, 3, 39.

† caducifer: m. II, 708; VIII, 627; f. IV, 605; V, 449.

* chimaerifer: m. VI, 339. (Cf. Deipser l. l. p. 6.)

colubrifer: m. V, 241; posteriores, ut Lucan. IX, 677.

* corymbifer: f. I, 393. [1]

† cupressifer: h. IX, 87; [2] f. V, 87. [1]

† granifer: art. I, 94; m. VII, 638. [3]

† herbifer: m. XIV, 9; f. IV, 468; conferre iuvat, quae Schoenwerth-Weymann in Woelfflini eph. lex. V, p. 215 adnotat: apud Ovidium utpote in hexametro hoc adiectivum alterius vice fungi in -osus desinentis, quod exstat apud Catonem.

laborifer: m. IX, 285; XV, 129. (desideratur apud Deipserum.)

lentiscifer: m. XV, 713. [4]

mellifer: m. XV, 383; posteriores.

nimbifer: ex P. IV, 8, 60; posteriores.

opifer: m. I, 521; XV, 653; posteriores.

† papyrifer: m. XV, 753; tr. III, 10, 27.

† populifer: am. II, 17, 32; m. I, 579.

† racemifer: m. III, 666; XV, 413; f. VI, 483 = βοτρυοχαίτης, cf. Deipser p. 27.

* sacrifer: f. IV, 252.

salutifer: h. XX, 174; m. II, 642; XV, 632, 744.

sceptrifer: f. IV, 480; posteriores.

---

[1]) Haec adiectiva desunt apud Deipserum p. 6.

[2]) Hic locus deest apud Seitzium l. l.

[3]) Errat Fr. Pollius, qui ad locum metamorphoseon appictum hoc adiectivum ἅπ. λεγόμενον significat.

[4]) Falso idem hoc adiect. ut ἅπ. λεγ. insignivit, cum occurrat apud Stat. Theb. VI, 25.

* securifer: m. XII, 460[1]); cf. Deipser p. 19 collatis eis, quae disputat Fr. Seitz: De fixis et quae s. p. 20 sq.

† taedifer: h. II, 42; f. III, 786.

* tridentifer: m. VIII, 596; cf. infra: in -ger; Deipser p. 20 sq.

* turrifer: f. IV, 219; iam antea Vergilius: turriger novavit: Aen. VII, 631; X, 253; cf. Ladewig l. l. 13.

venenifer: m. III, 85; cf. anth. lat. 5, 39, 4 (491, 4).

Quae ad aiectiva quam proxime accedunt

γ) in -ger exeuntia[2]),

quorum haec apud Ovidium occurunt novata:

belliger: art. II, 672; tr. III, 11, 13; posteriores.

* bicorniger: h. XIII, 33, idem quod alias: ‚bicornis‘ apud Verg., Hor., Ovidium ipsum; adiect. simplex ‚corniger‘ iam occurrit Lucr. II, 368; idem apud Ovid. e. gr. m. XIV, 602. Imitatus est Ovidii ‚bicorniger‘ Auson. edyll. XI, 27 adiectivo ‚tricorniger‘, ut recte monet Fr. Skutsch: De nominum latin. compositione quaestt. sell., Nissae 1888, p. 34.

claviger: a) a ‚clava‘ derivatum: 1. adiectivum, m. VII, 436; 2. subst. m. XV, 22, 284; Ib. 253; f. I, 544; IV, 68. — b) a ‚clavis‘ derivatum: f. I, 228: claviger deus, i. e. Ianus. Utrumque adiect. imitati sunt poëtae posteriores, illud Hygin. fab. 158, hoc Macrob. sat. I, 9. — cf. Deipser p. 5, 12. — De notione altera nihil monuit Faverus p. 89.

ensiger[3]): art. II, 56; f. IV, 388 (Merkel-Ehwald); fastorum loco exhibet Riese: ensifer; cf. de hisce formis quae disputavit Deips. 19[4]).

liniger: art. I, 77; am. II, 2, 25; m. I, 747; ex P. I, 1, 51; imitatus est Iuvenalis.

---

[1]) spumifer, quod Deipser p. 24 et Draeger p. 16 m. XI, 140 legi volunt, eodem fere tempore occurrit apud Prop. V, 7, 81; spumiger exstat iam apud Lucr. V, 983; cf. Seitz: Woelffl. eph. lex. VI, 292.

[2]) Egerunt de eiusmodi adiectivis: Deipser l. l. — Paucker: Materialien etc. p. 71. — Seitz: De adiectivis poëtt. lat. compositis p. 26 sqq. — I. Favre: l. l. p. 89 sq.

[3]) Cf. G. Meyer: Curt. Stud. VI, p. 56. — Corssen: Vocalismus II², 592.

[4]) lauriger: art. III, 389, eodem fere tempore occurrit apud Prop. IV, 12, 53; V, 6, 54; imitatus est Mart. X, 10, 1. — cf. Deipser 10, 26.

* penatiger: m. XV, 450.

piniger: f. III, 84; alio sensu adhibuit idem Stat. Theb. VII, 97; ,pinifer' adiectivum iam novavit Vergil. ecl. X, 14; de utraque forma conferas Deipserum p. 13.

securiger: h. IV, 117; Val. Fl., Sil., alii. — cf. Deipserum p. 19.

* tridentiger: m. XI, 202; cf. Deips. 20 sq.

Eorum, quae huius generis adscripsimus, plus dimidio desiderantur apud Faverum.

d) Adiectiva ex praepositionis vel particulae negativae in (nec) et nominis stirpe vel verbi radice composita.

α) I. et II. declinationis:

acclivus: m. II, 19 = acclivis. — Manil.

circumfluus: a) sensu act.: m. I, 30; XV, 739; Plin. — b) sensu pass.: m. XV, 624; Tac. — apud posteriores eodem sensu, quo ,circumdatus', Stat., Claud.

circumsonus: m. IV, 723; apud Ovidium sensu activo; passive apud Stat. Theb. VII, 261.

conterminus: m. I, 774; IV, 90; VIII, 552, 620; XV, 315. — posteriores.

inamoenus: m. X, 15; Stat., Pl. ep., Auson.[1])

innubus: m. X, 92, 567; XIV, 142; Auson.

inpervius: m. IX, 106; Tac., Val. Fl.; cf. infra: praevius.

necopinus[2]): 1) sensu activo: m. XII, 596; cf. Phaedr. I, 96. — 2) sensu pass.: m. I. 224; imitatus est Statius; pro eo Cicero utitur forma: ,necopinatus'.

praefrigidus:[3]) ex P. IV, 12, 35. — Cels., Iustin.

praelongus: m. VI, 673. — Liv., Tac., alii.

* praenubilus: am. III, 13, 7.

praevius: art. II, 57; m. XI, 65; XV, 190; alii.

reduncus: m. XII, 562. — Pl. 11, 37 (45), 125. — cf. Ad. Mueller: Curvus, uncus und composita, Flensburgi 1886, p. 37 sq. et R. Ehwald in Bursiani ann. l. l. p. 203.

---

[1]) De ,inambitiosus, incaeduus, insolidus' confer supra allata.

[2]) Egit de hoc adiect. E. Lehmann: l. l. p. 53 sq. et nuper F. Skutsch: De nominibus latinis suffixi -no ope formatis, p. 28 sq.

[3]) L. Tobler: l. l. p. 110. — Woelfflin: Lat. und roman. Comparation, Erlangen 1879, p. 27. — Hasce formas in deliciis habuisse Livium docet Ad. Schmidt: l. l. p. 16—18.

refluus: m. VII, 267. — alii.
refugus: m. III, 496. — alii.
resonus: m. X, 42. — alii.
* susurrus: m. VII, 825. — Conferre iuvat, quae de hoc vocabulo reduplicatione verbi radicis: ‚svar' oriundo disseruerunt: Guil. Deecke in libello, qui inscribitur: facere und fieri in ihrer Composition mit anderen verbis, Argentorati 1873, p. 26. — et A. Vaniček: etymolog. Wörterbuch der latein. Sprache, Lipsiae 1881, p. 346.

β) eiusdem formationis adiectiva III. declinationis.

* illimis: m. III, 407.[1])
praelustris: tr. III, 4, 5 et 6.[2])
praesignis: m. III, 32; VII, 150; XII, 217; XV, 131, 611.
reclinis: m. X, 558. — alii.
† transformis[3]): m. VIII, 871; f. I, 373.

Transeamus iam ad

e) adiectiva ex numeralium et nominum stirpibus vel verborum radicibus composita.[4])

bifidus: m. XIV, 303; Plin., Col.
bifurcus: m. XII, 442; alii.
bilustris: am. II, 12, 9; imitatus est Sidon. carm. XXIII, 299; — conferre iuvat: am. III, 6, 27: ‚Troia lustris obsessa duobus'.
bimater: m. IV, 12; — Hygin., Anth. lat.
binominis: m. XIV, 609; Ib. 417; ex P. I, 8, 11. — ad exemplum illorum: ‚cognominis, omninominis, trinominis' aliorum confictum[5]).

---

[1]) Cf. Reisig-Haase: Vorlesungen etc. ed. Hagen, I, 401 (1888).

[2]) Cf. Leutsch: l. l. p. 87.

[3]) Conferas quaeso, quae P. Uhdolphus in programmate, quod inscribitur: Ueb. die Zusammensetzung der verba in der lat. Sprache, Leobschütz 1877, p. III, de hoc vocabulo a verbo ‚transformare' derivando disputavit. Utitur nimirum hoc adiectivo ut exemplo eius vocabulorum conformationis, quam ipse ‚rückläufige Ableitung' nuncupat.

[4]) Disseruit de compositis, quorum parte priore numerale continetur: Fr. Stolz: Nominalcomposition, p. 27—31.

[5]) Mirum in errorem incidit I. Faverus, qui l. l. p. 98 hanc eius adiectivi formam exhibet: binomen, inis. — Adiectiva similiter conficta collegit Stolz: l. l. p. 59.

[† bipennifer: vide supra.]
* tricuspis: m. I, 330.
trifidus: m. II, 325; alii.
trinodis: h. IV, 115; f. I, 575; eodem adiectivo sensu translato usus est Auson. ep. XXI, 38.[1])
sexangulus: m. XV, 382; Plin., Prisc.
† septemfluus: m. I, 422; XV, 753.[2])

Addere porro liceat

f) adiectiva, quorum pars prior ex ‚multi' adiectivi vel particulae ‚semi' stirpe conformatur.

* multicavus: m. VIII, 562.[3])
multifidus: m. VII, 259; VIII, 644; Val. Max.
multiforus: m. XII, 158. — Seneca.
† semibos: art. II, 24; tr. IV, 7, 18.[4])
† semicaper: m. XIV, 515; f. V, 101.
semideus: h. IV, 49; m. I, 192; XIV, 673; Ib. 82; alii.
* semicremus: m. XII, 287. (cf. infra: semicrematus.)
* semilacer: m. VII, 344.
semisupinus: am. I, 14, 20; h. X, 10; art. III, 788; Mart. VI, 35, 4.

Medium quasi locum inter nomina ab Ovidio novata et verba primum apud eum obvia obtinent:

g) adiectiva ad similitudinem participiorum a substantivorum stirpibus (cum in vocalem tum in consonantem exeuntibus) suffixi -atus (-itus) ope derivata.[5])

* apicatus (= apice tectus): f. III, 397.
capistratus: h. II, 80; Col., Plin.

---

[1]) Cf. Stolz: l. l. 54.
[2]) Fr. Seitz: De fixis epithetis etc. p. 26.
[3]) L. Schroeder: l. l. p. 521. — cf. Stuenkel: l. l. p. 76. (Varro: r. r. III, 16, 24: multicavatus.)
[4]) Koene: l. l. p. 233 sq. — F. Stolz: l. l. p. 30. — Stuenkel: Ibid. p. 77.
[5]) Egit de horum adiectivorum formatione satis accurate: G. Bordellé in libello supra laudato, Duesseldorfiae 1873. — Conferre praeterea iuvat: Leo Meyer: Vergl. Gramm. etc. II, 307 sqq. — L. Stuenkel: l. l. p. 36 sqq. — cf. Brugmann: l. l. § 79, p. 205 sqq.

ceratus: h. V, 42; VII, 23; r. 447; m. IX, 741; XI, 154. — Martial.[1])

cirratus: m. X, 94.[2]) — Mart., alii.

cothurnatus: am. II, 18, 18; Ib. 531, 595; f. V, 348. — Mart. — alii.

cristatus: m. IV, 599; VIII, 25; XI, 597; f. I, 455.[3])

falcatus: m. I, 717; III, 681; IV, 727; XI, 229; — Liv. — Plin.

gemmatus: r. 39; m. X, 113; Liv. (‚gemmans' iam apud Lucret.)

peltatus: am. II, 14, 2; h. XX, 117.[4]) — Mart., Claud.

trabeatus: m. XIV, 828; f. I, 37. — alii.

vittatus: am. I, 7, 17; Ib. 79. — Iuvenal.[5])

Unum in -itus confictum exstat apud Ovidium novicium:

proavitus: m. XIII, 416, de cuius formatione ab antecedentium diversa conferas quaeso quae disseruit: Bordellé: l. l. p. 42; imitati sunt id adiectivum: Stat.; Sil.

h) Eadem terminatione -atus (-itus) conficta, sed a verborum radicibus derivata

exstant apud Ovidium haece nova:

cessatus: m. X, 669; f. IV, 617, ubi sensus huius adiectivi hac in complexione: tempora cessata = intermissa, et: arva cessata = inculta novus evadit.

* defrenatus: m. I, 282.

diffamatus: m. IV, 236; — Tac., Augustin.

inauratus[6]): am. I, 8, 60; art. II, 493; med. 18; m. XIII, 701; f. II, 251 (= auratus adiectivum in particula [= ἐν] amplificatum); verbum inaurare apud Vitruv. et. Plin.

medicatus: am. I, 12, 11; 14, 1; h. XII, 107, 165; med. 9; m. I, 716. — confer supra subst. ‚medicatus'.

---

[1]) Martiali cum Ovidio huius generis communia esse haece: ceratus, cothurnatus, cristatus, peltatus, torquatus, vittatus adnotat Aem. Stephani: l. l. 63 [2]).

[2]) et [3]) loci Ovidiani inserendi sunt apud Bordelleium.

[4]) Uterque locus desideratur apud eundem.

[5]) Alia, ut arcuatus — quod hac forma: ‚arquatus' iam occurrit apud Varronem — torquatus alia Ovidius primus in poësin videtur introduxisse.

[6]) Confer Bordellé: l. l. p. 26.

periuratus: am. III, 11, 22; transitive usurpatum; altera forma: peieratus ap. Hor. carm. II, 8, 1; confer infra ‚imperiuratus'.

praemedicatus: h. XII, 15. — Tert. de ieiun. 12.

Unum occurrit in -itus formatum:

* demugitus: m. XI, 375.

Uberrimus est Ovidius — metamorphoseon praesertim in libris — in conformandis adiectivis,

i) quae, cum in — particula negativa — composita, speciem prae se ferunt participiorum perfecti passivi.[1])

Quibus vocabulis a poëta novatis gravitatem quandam atque granditatem inesse et sermonem tragicum quoddam redolens, quo pondus nec non decus versui atque orationi afferatur, nemo est, quin sentiat. Occurrunt autem apud Ovidium huius generis, quorum pars satis ampla sunt ἅπαξ λεγόμενα, haece:

illaesus: h. XV, 168; m. II, 826; XII, 489; f. VI, 499. — Sen.; alii.

† illabefactus: tr. V, 8, 6; ex P. IV, 8, 10; XII, 30.

illectus: art. I. 469; — Apul. flor. XVIII, 29, 14 K. — Gai. dig. 50, 16, 30.

imperceptus: m. XI, 711; Gell. XIV, 1, 24.

* impercussus: am. III, 1, 52.

* imperfossus: m. XII, 496.

* imperiuratus: Ib. 78. — (Cf. supra: periuratus.) — Eandem sententiam Verg. Aen. VI, 324 sq. hunc ad modum expressit: Cocyti stagna alta vides Stygiamque paludem, — di cuius iurare timent et fallere numen.

imperturbatus: Ib. 560. — Sen., Plin.

inadsuetus: art. 299; Ib. 10; f. IV, 449; — Sil. III, 235.

inadustus: h. XII, 93; — Prud. apoth. 131.

* inattenuatus: m. VIII, 844 (cum tmesi adhibitum.)

* incommendatus: m. XI, 434.

† inconsumptus: m. IV, 17; VII, 592; ex P. I, 2, 41; Ib. 192.

* incorrectus: tr. III, 14, 23. (Vide Loersii notam.)

---

[1]) cf. L. Scheibe: l. l. 5. — I. Favre: l. l. p. 80 sqq. — Eug. Lehmann: l. l. p. 37 sqq., 49, 51 sqq. — Reisig-Haase: Vorles. ed. Hagen I, 400 sq. (1888.)

* incruentatus: m. XII, 497 (cum tmesi).
inculpatus: m. II, 588; IX, 673. — Gell.
incustoditus: m. II, 684; III, 15; tr. III, 10, 58; f. I, 546; — Tac., Plin.
* indeclinatus: tr. IV, 5, 24; ex P. IV, 10, 83.
* indefletus: m. VII, 611.
* indeiectus: m. I, 285.
indelibatus: tr. I, 5, 28. — Sil. XV, 271.
† indeploratus: m. XI, 670; Ib. 164; tr. III, 3, 46.
* indesertus: am. II, 9, 52.
* indestrictus: m. XII, 92.
* indetonsus: m. IV, 12.
* indevitatus: m. II, 605.
indigestus: m. I, 7. — alii.
* ineditus: ex P. IV, 16, 39.
* inexperrectus: m. XII, 317.
† inextinctus: f. I, 413; III, 428; VI, 297; Ib. 426; tr. V, 14, 36; 424.
* inoblitus: ex P. IV, 15, 37.
* inobrutus: m. VII, 356.
inobservatus: m. II, 544; IV, 341; f. III, 111. — al.
insopitus: m. VII, 36. — Lucan., Claud.
* intumulatus: h. II, 136.
irreligatus: art. I, 530. — ‚irrelig. comae‘ = quod lingua vernacula dicimus „unaufgebunden“; sensu inflexo exstat idem apud auct. ad Liv. II, 5: irrelig. ratis: „unangebunden“.
† irreprehensus: m. III, 340; tr. V, 14, 22.
irrequietus: m. I, 579; II, 386; V, 443; XIII, 730; tr. II, 236. — Sen., Plin., Lact.
irresolutus: ex P. I, 2, 20; — Boëth. de cons. 3, metr. 2, 4.

Hisce addenda sunt

k) nonnulla eiusdem generis cum praepositionibus composita.

* epastus: hal. 119.
praemortuus: am. III, 7, 65; h. VIII, 121. — alii.
* praequestus: m. IV, 251.
substrictus: m. III, 216; XI, 752; verbum ipsum iam adhibuit Horatius.

Postremo loco liceat adiungere

l) adiectiva ex ‚semi' vocula et participio perfecti passivi verbi alicuius conficta.

* semiadapertus: am. I, 6, 4. — quocum conferre iuvat lepidissimum illud Apuleii in metam. III, 176, 14 adiectivum deminutivum ‚semiadopertulus'. [1])

semicrematus: Ib. 32; — Mart. XI, 54, 2.

* semireductus: art. II, 614.

* semirefectus: h. VII, 176.

* semisepultus: h. I, 55.

II. VERBA.

Non minorem quam nominum et adiectivorum cum simplicium tum compositorum Ovidius se praestitit verborum fingendorum, derivandorum, componendorum artificem. Atque prioris quidem generis, simplicium, maiorem partem derivavit a substantivis, unum ab adiectivo.

A. Simplicia.

a) a substantivis derivata, id est denominativa. [2])

cacuminare: m. III, 195; — Plin.

circinare: m. II, 721; — Plin., Manil.

flagellare: m. III, 94; — Plin., Mart., Stat.

lacunare: m. VIII, 564; Plin. [3])

truncare: m. VIII, 647; Liv., Tac.; cf. infra compositum sensu aliquantulum inflexo usurpatum: ‚detruncare'.

b) ab adiectivo confictum.

manifestare: m. XIII, 106; Iustin.

---

[1]) cf. H. Koziol: l. l. p. 265.

[2]) A. Draeger: Synt. hist., Lipsiae 1874, p. 116. — De similibus apud Varronem occurrentibus conferas Stuenkel: l. l. p. 64 sqq.

[3]) singultare: m. V. 134 transitive usurpatum occurrit, postquam verbum ipsum novavit Verg. Aen. IX, 333.

B. Composita.[1]

a) ex praepositionibus et verbis simplicibus conficta.

abominari: m. IX, 677; ex P. III, 1, 105; verbo hac forma deponentiali praeter Ovid. Livius tantum compluriens usus est, ut e. g. VI, 18; 40; formam activam iam adhibuerunt Plaut., Hor., alii.

acclinare: m. V, 72; X, 268; XIV, 666; idem verbum occurrit apud Liv. IV, 48, saepius, ut dubites, utrum poëtae an scriptori hist. hoc vocabulum debeatur.

adfundere: h. XIII, 114; med. 95; m. VIII, 540; IX, 366; f. I, 360; — ad. Liv. 424. — Plin., Sen., Tac.

adgemere: f. V, 400; tr. I, 4, 10; — Stat. Theb. XI, 247.

admugire: art. I, 279; — Claud.

adsternere[2]): m. II, 343; tr. I, 3, 43; Iuvenc., I, 13.

adstupere: m. III, 418. — Seneca.

* circumplaudere: tr. IV, 2, 49.

* circumvelare: m. XIV, 263.[3])

concavare: m. II, 195; — Col. VIII, 5.

concustodire: m. IX, 190. — Orelli inscr. 2486, vide Georgesii lexic.

confremere: m. I, 199; — Sil., Stat.

contemerare: am. II, 7, 18. Mart. spect. X, 2.

contumulare: Ib. 462; tr. III, 3, 32; sensu paululum inflexo apud Plin. X, 100.

† dedoluisse: r. 294; f. III, 480.[4])

---

1) H. Düntzer: Die Lehre von der latein. Wortbildung und Composition, Coloniae 1836, p. 202 sqq. — A. Draeger: l. l. 117. — Stuenkel: l. l. p. 70 sqq. — P. Uhdolph: Ueb. die Zusammensetzung der verba in der lat. Sprache, Leobschütz 1877. — Reisig-Haase: l. l. I, 400 sq. — Paucker: Materialien, p. 1 sqq. — Huius generis compositorum nec non insequentis decompositorum verbis eo uberiorem evadere sermonem scriptoris alicuius, quo propius a dictione poëtica ipsius absit elocutio, nemo est quin persentiat. Quod quatenus cadat in sermonem Taciteum, luculenter nuperrime demonstravit And. Czyczkiewicz in progr. gymnas. Brodiensis, cui inscribitur: de Tacitei sermonis proprietatibus praecipue quae ad poëtarum dicendi genus pertineant, part. I, 1890, p. 32—41.

2) Apud Pollium l. l. per errorem hoc verbum ut ἅπ. λεγ. insignitum est.

3) Cf. Magnus in Zeitschr. f. d. Gymnas.-Wesen 1889, p. 124.

4) De hoc verbo perfecti tantum forma ab Ovidio solo usurpato deque compluribus aliis, quae sequuntur, conferas: C. Sittl: De linguae latinae verbis incohativis, Lipsiae 1884 = Woelfflini eph. lex. I, 465—533.

* degrandinat: f. IV, 755.
* delamentari: m. XI, 331.
demadescere: tr. V, 4, 40.[1]) — Scribon. 73.
* demurmurare: m. XIV, 58.
denubere: m. XII, 196.[2]) — alii.
deplangere: m. IV, 546; XIV, 580; alii.
depuduisse: h. IV, 155; postea apud Senec., Vell. — Forma praesentis apud Plac. gloss. p. 35, 8.
detruncare: m. VIII, 769; Liv., alii.
devastare: m. XIII, 256; Hirt. b. G., Liv.
* develare: m. VI, 604.[3])
* devenerari: h. II, 18.[4])
diliquescere[5]): m. IV, 253; VII, 381.
eiaculari: m. IV, 124; VI, 259. — Plin.
ematurescere[6]): tr. II, 1, 124: metaphorice = mitescere; sensu proprio apud Plin., Gell.
* emoderari: r. 130.
* emodulari: am. I, 1, 30.
enutrire: m. IV, 289; — Vitr., Plin., Quint.
evestigare: m. XV, 146; Sen. contr. II, 97.
exasperare: am. II, 11, 27; m. V, 7; alii.
exspatiari: am. III, 468; m. I, 285; II, 202; alii.
exstimulare: m. V, 165; VI, 459; alii.
exululare: a) absolute dictum: m. I, 233; IV, 521; VI, 597; f. IV, 341; ep. S. 114. — b) exululatus = part. act.: tr. IV, 1, 42. — c) Cybele exululata: art. I, 508 = ululando clamata.
inacescere: r. 307. — Plin., Apul.

---

[1]) Hic locus Ovid. deest apud Sittl., neque hac forma ,emadescere', ut Hauptius, Merkelius exhibent, apud eum exstat.

[2]) De notione huius verbi vide Loersii notam ad hunc locum.

[3]) Cf. Magnus: l. l.

[4]) In versu criticis valde temptato, de quo videas Ehwaldi editionis suae praefat., 1888, p. XIV; de notione verbi vide Loersii notam.

[5]) De legendo hoc verbo dissentiunt editores, cf. Riese in apparatu critico. — dilicuit: Priscian p. 477, 491. — Sittl affert tantum: deliquesco, quod iam occurrit apud Plaut., Cic.

[6]) Desideratur hoc verbum apud Sittl: p. 473. — De vi intendendi praepositionum de et e in compositis vide notas Bachii, Loersii, aliorum; Favre: l. l. 108.

incingere: m. III, 162; IV, 483; VII, 242; XIII, 894; XIV, 720 etc. — alii.

incandescere: forma praesentis novata: m. II, 728; XII, 12; perfectum iam apud Catullum, alios.

indurare: m. VI, 692; XI, 60; tr. III, 10, 14. — Liv. —

* inhonestare: tr. IV, 8, 19.[1])

immadescere: perfectum novatum: m. I, 158; VI, 396; tr. I, 9, 34; V, 5, 40. — praes. ap. alios.

insibilare: m. XV, 603. — Sil. II, 626; XII, 616.

instimulare: m. XIV, 495; f. VI, 508. — Sil., I.Cti.

intabescere: m. II, 780; III, 487; XIV, 826; Sen.

intumescere: perfectum novatum: m. I, 419; II, 508; V, 305 etc., tum Plin., Tac.

interserere: m. X, 559; Nep. Milt. IV, 1.

obsuere: f. II, 578. — alii.

perarare: am. I, 117; art. I, 265; m. IX, 564; XIV, 96; tr. III, 71. — alii.

* perlatere: art. III, 416.

permaturescere: m. IV, 165. — alii.

* praecutere: m. IV, 759.

praefocare: Ib. 556. — posteriores.

praegustare: am. I, 4, 33. — posteriores.

praeradiare: transitive: h. VI, 116; absolute adhibitum: Claud. nupt. Hon. et Mart. 287.

praesonare: absolute dictum: am. III, 13, 11; transitive apud Calp. ecl. IV, 66.

praestruere: art. II, 21; m. XIV, 798; f. I, 563. — alii.

praesuere: m. XI, 9. — alii.

praetemptare: m. V, 339; VIII, 7; IX, 589; sensu immutato: XIV, 189; Ibis 260. — alii.

* praetepescere: am. II, 3, 6.[2])

praetingere: m. VII, 123. — posteriores.

praeverrere: am. III, 13, 24. — Verg. mor. 23.

praevitiare: m. XIV, 55. — posteriores.

† recandescere: perfecti forma quater tantum exstat in quinto pede hexametri: met. I, 435; III, 707; IV, 530; VII, 78.

---

[1]) E. de Leutsch: encycl. Ersch., l. l. p. 87.

[2]) Hoc verbum deest apud Sittl, l. l.

recantare: 1) sensu novato: r. 259 ‚wegzaubern' (curas). 2) apud Hor. carm. I, 16, 27: ‚widerrufen' (opprobria). 3) Martial. II, 86, 3: ‚wiederhallen'. 4) Ambros. de virg. II, 6, 42: ‚wiederholen'.

* redardescere: r. 734.

reformare: m. IX, 399; XI, 254. — alii.

* relentescere: am. I, 8, 76.

relucescere: m. VII, 77; XIV, 769. — Plin., Tac.

remoliri: m. V, 354. — Stat., Sen.

remollire: m. IV, 286. — alii.

renere: f. VI, 757. — cons. ad Liv. 444.

* resaevire: tr. I, 1, 103.[1])

resanescere: am. I, 10, 9;[2]) Lact. V, 2, 6.

* reseminare: m. XV, 392.

resequi = respondere: m. VI, 36; VIII, 863; XIII, 749. — Auson.

retemptare: m. I, 746; V, 117; IX, 208; XI, 792; XIV, 382. — Val. Fl.

subedere: m. XI, 783; Hier. in Ierem. I, 2, 37.

subrubescere: am. II, 316; art. II, 5, 36; — alii.

Quibus verbis cum praepositionibus coniunctis subindenda sunt haec

b) ex verborum stirpibus et verbo ‚facere' composita.[3])

pavefacere: partic. perf. pass. occurrit apud Ovidium: m. IX, 314; XIII, 878; XV, 636; — alii.

rubefacere: m. VIII, 383; XII, 382; XIII, 394. — Sil. alii.

tumefacere: perf. act.: tumefecit: m. XV, 303; — part.: tumefactus: m. XI, 518; hoc iam apud Propert. — Martial.

Accedunt duo praepositione amplificata:

incalfacere: m. XV, 735; f. IV, 919.

recalfacere: art. II, 445; m. VIII, 444: active; passive apud Scrib. 271; Cael. Aur.

[1]) De hisce verbis ab Ovidio novatis deque vi praepositionis -re conferre iuvat Loersii notam ad hunc locum; vide praeterea: Reisig-Haase, l. l. p. 400.

[2]) Locus Ovidianus deest apud Sittl. l. l. p. 482.

[3]) W. Deecke: l. l. et praesertim: P. Uhdolph: l. l. p. V—VII.

Ad hanc verborum compositorum seriem addenda sunt ad postremum

C. Verba decomposita.[1]

* adporrigere: m. II, 561.
* praecomponere: f. VI, 674.
† praeconsumere: m. VII, 489; tr. IV, 6, 30.
* praecontrectare: m. VI, 478.
† praecórrumpere: m. IX, 295; XIV, 134.
* praedelassare: m. XI, 730.
recomponere: am. I, 7, 68. — alii.
† superincumbere: h. XI, 57, 117.

Iam restat, ne qua pars copiae verborum desideretur, ut afferamus, quae primum apud Ovidium obvia sunt:

III. ADVERBIA.

Qua in parte orationis adamasse eum propter metri dactylici rationes formas

a) in -iter[2]) desinentes

apparet hisce exemplis:

furialiter: f. III, 637. — posteriores.

genialiter: m. XI, 95. — Apul. met. X, 16.

iuvenaliter: art. III, 733; m. VII, 805; X, 675. — (Cf. supra adiect. iuvenalis; apud Ciceronem exstat iuveniliter.)

qualiter: h. IX, 128; am. I, 5, 11; VII, 58; ad huius exemplar incusisse Martialem alterum ‚taliter' monet Stephani l. l. p. 83; imitati sunt illud Plin., alii.

tenaciter: h. III, 43; IX, 21; Val. Max., alii.

velociter: m. IV, 509; XI, 586; apud Cic. et Caes. occurrit superlat.: velocissime.

---

[1]) A. Draeger: l. l. p. 118 sq. — Hultgren: Fleckeiseni ann. 1873, p. 740. — Paucker: Materialien p. 22 sqq. — O. Ribbeck: l. l. tom. II, 1889, p. 340.

[2]) Disputavit de hisce formationibus H. Osthoff in Woelfflini eph lexic. IV (1887), p. 455—466. — Aliam de iisdem formis sententiam nuper protulit Fr. Skutsch: De nominibus latinis -no ope formatis p. 4 sqq. nota [1]). Cf. Fr. Stolz in ephem. philol. Berolin. 1891, p. 154.

b) Aliis suffixis terminata singularia quaedam:

aeterno: am. III, 3, 11. — posteriores.

correptius (comparat.): ex P. IV, 12, 13 (positivus: ‚correpte' dicere apud Gell.)

perenne: h. VIII, 64; f. III, 654.

ubiquaque: am. III, 10, 5; de aliis aliorum scriptorum locis (Plaut. Bacch. II, 3, 17; Liv. XXII, 4; Apul. de mund. 26) ambigunt editores.

Quaestione ad finem perducta iam restat, ut paucis comprehendamus, quidnam iis, quae proposuimus, effecisse quaeque inde ad historiam litterarum Romanarum spectantia lucrati esse nobis videamur. Postquam igitur Iulius Faverus supra laudatus — ut taceam de Ludovici Scheibii opella huic rei navata — in thesi sua facultati litterarum Parisiensi proposita trecenta enumeravit viginti quattuor novicia Ovidiana, inter quae satis magnum quoque rettulit ille numerum nominum propriorum ex metamorphosesi maxime petitorum, Augustus Draeger — Faveri opusculo in usum non vocato — reliquis quoque adhibitis operibus Ovidianis novatorum illorum collegit trecenta nonaginta duo, inter quae — patronymicis praeter unicum ‚Oedipodionius' neglectis — etiam complura inseruit, quae ad syntaxin formamque grammaticam spectant. Denuo iam a nobis in omnia, quae exstant carmina Nasoniana curis collatis ad quingenta vel, ut accuratius dicam, quadringenta octoginta septem in lucem protulimus nomina, verba, adverbia novata, ad quae si addideris ducenta duodetriginta ethnica atque patronymica — quae, quod lexicographi est, aliquanto amplificari posse diximus — numerus ad septingenta quindecim completur.[1]) Cuius multitudinis maximam partem esse metamorphoseon omni ingenii atque sermonis venustate abundantium nemo sane est qui miretur. Ut autem iuvenilis atque florentis aetatis carmina, amores, heroides[2]), metamorphoses, fasti, reliqua fervidum quendam atque alacrem prae se ferunt cum animi

---

[1]) Qua in collectione magis operae quam ostentationis plena nonnulla nos fugere potuisse, quae sperare licet fore pauca, nemo sane mirabitur, qui quanta circumspectione in eiusmodi opus sit opusculo, secum reputaverit.

[2]) Conferre iuvat praeter cetera quam de heroidibus Ovidianis sententiam protulit vir summus Otto Ribbeckius in oratione Lipsiensi anno 1887 habita, cui titulum indidit: ‚Aufgaben und Ziele einer antiken Litteraturgeschichte', p. 26.

spiritum tum vividos vigentesque sermonis colores, ita senescentis quoque poëtae in exsilio conficta etsi aliquantulum deficientem, tamen non omnino infecundam atque sterilem in procreandis novis ostendunt poëtae artem atque ingenium. Qua in re toto pectore, ut ita dicam, amplectenda mihi videntur, quibus Theodorum Heysium, ‚virum ipsum poëtico afflatu instinctum litterarumque veterum unum peritissimum eundemque exactissimum artis poëticae iudicem', R. Ehwaldius, homo sane inter nostrates Ovidianissimus, in colloquio Florentiae habito artem Nasonianam praedicantem affert hunc in modum:[1]) ‚nunquam se satis admirari posse profitebatur Ovidii facultatem venustam, gratiam decoram, facundiam nunquam deficientem, quae in carminibus per exilii tempora factis eo magis eluceat, quo gravius mollis poëtae animus fortunae iniquitate fuerit percussus.'

Speciose autem eleganterque inventis illis ad heroici versus mensuram conformatis non ipsius solum Nasonis miram narrandi depingendique artem egregie esse adiutam, sed pro angustioribus inventionis atque compositionis finibus, quos linguae Latinae patuisse testis est Quintilianus (inst. I, 5, 70), pro virili parte illum linguam vernaculam coluisse apparet atque ditavisse eundemque posterioris aetatis poëtis elucet exemplar praebuisse, quod imitari studerent.[2])

Collectis igitur de integro illis, quae uberi atque felici ingenio Nasoniano deberi videantur, vocabulis aliquantulum cum ad ipsius tum ad posterioris aetatis poëtarum elocutionem accuratius quid cognoscendam attulisse videbimur, nisi exsistat, — neque exstiturum esse quemquam persuasum habemus, — qui cum Krusio faciat, qui in commentatione, quam de Ovidii composuit vita et operibus,[3]) perperam fecisse atque nugas egisse contendit Ernestum de Leutsch, qui cum in alia tum in nova quoque inventa Ovidiana investigare instituerit, quique nauci talia habenda esse ipse est nugatus.

Immo potius constat inter harum rerum peritos Ovidium

---

[1]) in progr. gymn. Ernestini, Gothae 1889, p. 4.

[2]) Imitatorum artis Ovidianae notum est Luc. Muellerum satis largam enumerare seriem l. l. p. 136; conferas velim praeterea R. Ehwaldium in Bursian. annal. l. l. p. 179 sq., Owenium in tristium editione, Oxonii 1889, p. 247—267.

[3]) Stralsundiae, 1857, p. 23, nota [1]).

praeclaris illis ab ipsomet fictis ad eum quoque finem usum esse, ut, cum adhuc in elegis poëtarum aetate praecedentium Catulli Tibulli Propertii spondei superarent dactylos, in ipsius poëmatis dactyli superarent spondeos vereque eorum evaderet rhythmus dactylicus, qua re evenisse eius disticha talia, ‚non ut iucundius cogitari possit singulis' (L. Muellerus l. l. p. 91.)[1]. Qua in re ab Hultgrenio supra laudato quam accuratissime venustissimeque tractata — numerorum computatione in tabulis mathematicorum in modum addita — cum meum non sit diutius commorari, iudicium eius liceat ad postremum meum facere, quo Ovidium non solum inter elegiacos Latinos tenere principatum, sed — artis metricae rationem si spectas — longe quoque antecedere Graecos contendit.[2])

Quae si recte se habent, in Ovidium verborum quoque artificem ex parte sane quadrare mihi persuaserim, quod Lucianus Muellerus, acutissimus harum rerum aestimator atque iudex, de arte eius universa metrica tulit iudicium (l. l. 408 sq.): ‚Ovidii quot sunt versus, ait, totidem sunt artificia, quovis Phidiae illa vel Praxitelis opere non minora; et quod semper est perfectae indolis poëticae, cum sentias artem inesse summam, laborem persentiscis nullum.' —

Quodsi in omnium scriptorum, poëtarum nimirum imprimis sermonem spectant, quae Horatius de verborum quoque commutatione atque vicissitudinibus praedicat hisce verbis[3]):

‚Ut silvae foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt; ita verborum vetus interit aetas,
Et iuvenum ritu florent modo nata vigentque,'

in poëtam Sulmonensem maxime cadere mihi videntur eiusdem Venusini hi versus quam paululum inflexi[4]):

‚Vemens et liquidus puroque simillimus amni
Fudit opes Latiumque beavit divite lingua.'

---

[1]) O. F. Gruppe: Die röm. Elegie, Lipsiae 1838, p. 404 sq.: ‚Von Catull, welchen wir noch so höchst unbehülflich seine Distichen bauen sehen, bis zu Tibull, zu Properz und gar zu dem kosenden Ovid, welch' eine Skale der Sprachentwicklung.'

[2]) Conferas quaeso eius comment. I, 18, 24, 29, imprimis 35 sqq.

[3]) Hor. epist. II, 3, 60 sqq. — [4]) id. ib. II, 2, 120 sq.

INDEX VERBORUM.

(Diductis litteris exaranda curavimus Graecanica;
circulis ( ) circumscripta sunt vocabula apud Ovidii fere aequales obvia;
cancellis [ ] inclusa sunt, quae in notis commemorantur.)

CONSPECTUS RERUM.

II. VERBA.

A. Simplicia.

B. Composita.

III. ADVERBIA.

TREMONIAE. TYPIS EXPRESSIT W. CRÜWELL.